1.

QVESTIO

DE PHLOBOTOMIIS FIENDIS

In omni dolore in omniq; apostemate, pręsertim in pleuresi ab excellentissimo Doctore Lodouico Paniza physico Mantuano.





QVESTIO DE PHLOBOTOMIIS fiendis in omni dolore in omniq; apostema/ te, præsertim in pleuresi Lodouici paniza physici Mantuani.

Capitulum Primum Prologi.



VONIAM NOSTRA hac tempestate perhorribilis quę/ dam resurrexit opinio quę phlobo tomiam pleuretici apostemoso in/ choante dolore corpore repleto in eodem latere fiendā esse asserit, quæ quidem opinio per multas Italiæ partes passim uagatur, & iam in/ ter magnas caput extulit urbes, non minusq; Galiæ ciuitates amplissimas (ut audio) perambulat, pernicio/ samq; hanc opinionem siue labem pestiferam ab illis originem traxisse rumore quodam circūfertur. Idemq; sentire alias nationes iam pridem nouimus malignis cœlorum influxibus ita annuentibus. Habet enim pe/ culiare hoc opinio ista ꝙ sinistras semper se ingerit ho minum mentes, nec mirum ꝙ talis hęc opinio reuiui/ xerit, eo ꝙ antea priori quidem tēpore ueluti bulla in aqua apparuerit Auenzoar testimonio quem doctissi/ mus Auerrois gloriosum appellat, qui prius ipsius de/ clarata mente hęc ad litteram. D. Licet quibusdam no/ uis uisum sit ꝙ fiēda sit phlobotomia eiusdem lateris,

adducentibus super hoc uerba logicalia & sophystica. Quod non uidetur mihi rationabile nec uerum. Immo hoc faciendo omnino sequit̃ mors infirmi. Modo primo cœli sapientissimus omniũ phy[illegible]orũ Arist. inquit infinities redeũt apud nos opiniões eędem iure autem merito hęc ita funebris opinio nostrorum temporum calamitatibus socia accedere uoluit. Cũ omne iam genus malorum agmine ueluti facto im mortalium peruenit exitium, noue quidem & fœde egritudines corpora corrodentes pestilentesq; q̃ plures morbi bella horrida clades inaudita fames tremendorum diluuiorũ repentini isultus maligni mores qui uere animarũ sunt ęgritudines ut fluctuãtes iniustitiæ rapinę bonorum oppressiones malorum sublimes exaltationes seditiones, tum publice tum priuate fraterne discordie. Quæ omnia cœlos in nos coniuratos esse clare demõstrant. Ideo non mirum si malas medicas iugiter adduxerint opiniones, Sacerdotumq; prauitates atq; pernitiosas hęreses cõmouerint. Deus etenim benedictus cum inferre malũ uult hominibus sacerdotes dat malos, Malosq; medicos, malosq; principes, sicut ex aduerso cum uult gentibus bonũ per immẽsum tribuere eis bonos ac optimos dat principes, ut .D. Aliabas. Sed quoniã de principum malitia penitus sum expers cũ ego sub fœlicissima Illustrissimi ducis umbra tutus quiescam, cuius bonitas sit supra omnes gẽtes, ideo causam hãc aliis aliorum regnorum defferrẽdam relinquo, Iudicẽt ipsi de statu principum suorum, q̃ iustos, q̃ pios, q̃ liberales Deus optimus eis nunc concesserit. Qua de re licet sero

cet sero

ILLVSTRISSIMO DVCI MANTVAE D. Dño Federico Gonzagę, Lodouicus Pa/niza physicus Mantuanus. S. D.



VM SVMMVS ILLE Deus auctor opifexq; naturæ excelse ac magnanime Prin/ceps Globos circulosq; cęlestes diuinis mētibus animatos mi/rabili artificio construxisset. Vt his ipsis cūcta quę immor/tali caducaq; natura fierent, intelligens ipse uolensq; suo nutu produceret. Cumq; orbes ipsi mira celeritate circuitus suos incessabili, uariaq; ac perpetua motiōe conficiant, tum uarios, tum consimiles, uaria ipsorum ac simili aspectuū proportione effectus oriri necessariū est. Quapropter dum sol Dux, Princeps, & luminū moderator reliquorum Arietis regionem pcurrit tepē/tem aerem, lętam, fœcundamq; terram uariis florum foliorumq; coloribus ornatam reddit, implet arbusta, ad iucundissimā animātia excitat Venerem. Omniaq; ista dum sol mundi temperator nouo sequēti uere ui/uifica illa sua luce eandem lustrabit Plagam, adeo simi lia fient, ut nemo corporeo sensu, eorum differentiam dignoscet, uerū ītellectu ratiōeq; secernet. Nos etenim quottidiana experientia monet, rosas ipsas eo odore, ea frondium serie, eo fere colore pſenti uere esse produ/ctas, ut nemo sensibus suspicabitur pſentes eas ipsas

non esse quas proximo uere suis oculis subiectas uidisset. Hac equidem coniectura, hoc forte signo diuinus Plato motus asseueranter affirmat in magno illo anno, quo omnia sydera punctuali (ut aiunt) & eadem prorsus, quæ fuerat proportione concurrunt, qui annus triginta sex milium annorũ numerum implet, quęcunq; mortalia, siue homines sint, siue bruta, nõ minusq; uegetabilia, q̃ non uiuentia, eadem ipsa, iam pridem corrupta in id ipsum esse, quod substantiam uocant, affectusq; remeant. Credet quicunq; tali habitu, loco, affectionibusq; anno magno illo fuisse, quali se nunc experitur. Huic multo proximior est sancta catholica, & uera quã pie colimus fides nostra, quæ resurrectionem nobis, & nostra membra uere his uestiri carnibus certissime promittit, q̃ peripateticæ scolæ auctore Aristotele traditæ. Sed de his hactenus. Cũq; diuina, illa corpora diuersam suorum motuũ proportionem sortiuntur, quę diuersa constellatio nuncupatur, quibus a Deo optimo definitus est temporis numerus anni magni ambitu perfectus, qui cũ finem habuerit, instante iam altero. Admirandum e terra, mari, Cœloq; moueri signum cernitur. Sicut plures soles, crinite stelle, sanguineæ pluuiæ uidentur, aere sereno aciérum inter se dimicantium armorum fragor. Et cętera id genus audiunt. Aquarum maris fluuiorumq; inundationes, agrorũ, urbiumq; submersiones tremendi terremotus, oppidorum, ędificiorumq; euersores. Animalia noua monstra parientia. Fiuntq; p̄terea noui etiã nõ prius uisi morbi, noui quoq; medendi modi,

quorum

quorum aliqui non salutē, sed egrorū perniciem mortēq; pariunt. Verū omnia prodigiorum, enarrata genera hac parum nostra fœlici tempestate. Clarissime apparuerunt ut curiosi earum rerum periti subtili iudicio notauere. Hinc futuram calamitatem, rerum, legum, regiminum mutationem uaticinantes, hinc ad sanctam bene beatæq; uiuendi normam cōuersionem humanis diuinisq; legibus obtemperantem pręsagientes.

Hunc tam longum malorum ordinem, ac ꝓdigiorum Seriem sequuta est inuictissime princeps hęretica falsa humano generi pestifera medendi sententia, quæ cum peruersam operandi facultatem ꝑbeat, non ędificiorum corruentem structuram, non uestium, non auri, gemmarumq; iacturā. Verum uniuerso hominum generi perniciem minitatur. Cui cuncta mortalia, non secus ac proprio fini seruiunt, ut testatur Arist. Cumq; alias hęc uenenosa dogmata malignos cœlorum influxus insequuta ad mortalium perniciem medicorum mentibus inserta fuerint. Ab eruditis ueluti hominum perpetuum malum pulsa ac suis cū fautoribus neglecta iacebant, tempestate hac nostra, iam pullulare cum cœperint, ne altius, profundius radices emittant. Visum est mihi, ea omni conatu, totis uiribus oppugnare. Quę si mihi debiles sint, ut horrendum hoc malum ab hominum ceruicibus ammoueam, fortiorum auxilia implorare non uerebor, oppugnato deniq; hoc monstro, destructaq; ut reor hac teterrima opinione, labores meos (qualescunq; sint) tuæ celsitudini dedicare putaui, tum ob summā iudicii rectitudinem, peritiāq;, qua

non minus sua q̄ aliena cognoscere ualet, tū quoniam malum hoc, uiꝝ ꝓpulsandum est, ualidas nāq; & ꝑpotentes fecerat pestis hęc radices, non nisi principalibus potestatibus euellendas, Pontifice. s. & Cęsare, qui ueritate comperta, & e Repub. esse, hūc nequissimū medendi modum delere, uiribus suis cohibeant, ac suo orbe funditus eiciant, quos mouere & ad negociū istud propēsiores reddere. Tu omnibus principibus mihi uisus es aptior, tum quia singularium uirtutum tuaꝝ cumulus, quibus cunctis nunc uiuētibus clarissimus, futuris uero, omnibus gloriosissimus memorandusq; uideris, utriq; notissimus in confessoq; est. Hinc amor ille ingens amborum, tuiq; uehemēs desiderium, ut nihil honesti concupiscas, quin illico fœlicissime consequaris, tum quia rutillantes duas utriq; coniunctas habes stellas, quarum luce cuncta resplendent ac illustranť. Cogor isuper, arctorq; uehemēter acceptorum beneficiorum memoria. Cum fortunas meas, honores, uitam deniq; tibi acceptas reffero, tum ob tuam benignitatem, & iustitiā, ab omnibus erūnis in hunc diem sim seruatus honoribus ac facultatibus auctus. Lucubratiōes istas meas, studiaq;, gloriosissimo nomini tuo dicare, quod Deus omnipotens sua infinita bonitate & clementia perpetuo cōseruare, ac augere digneť. Vale.

cet sero huius questio ad manus peruenerit meas non gloria ductus uentosa, sed hominum caritate cum talis opinio eius falsitate animas offendat. Suoq; malo operãdi modo corpora dextruat, ut iam dictũ de mente gloriosi Auenzo. Ad eius ruinam festinare pro uiribus intẽdo, meq; ad alia nõ minus utilia, si Deo placuerit accingam.

Capitulum Secundum Prologi, In quo apparent Sectiones.

VT autem negotium hoc non incomposite, sed debito procedat ordine, ipsum in singulas certasq; partes distinguam. Primo enim instruetur questio cum argumentis ad utrasq; partes tendentibus. Secũdo opiniones aliorum, cum examine eorũ que dicta sunt ab antiquis, a moderno quodam Doctore clarissimo facto uidebimus, quo in loco diligenter inspiciemus opinionem illius Doctoris, qui pluribus iam annis circa huius materiam isudauit, ipsiusq; rationes adducemus, quibus probat eius mentem. Nõ minusq; uidebimus respõsiones quas ipse dat sibi obiectis. Tertio ponam opinionem quam credo uerã cũ suppositis & conclusionibus declarantibus ueritatem talis opinionis. Quarto respondere rationibus aduersariorum pro uirili conabor, parte, earum fallatias detegendo sophysticas. Similiter argumẽtis ante oppositũ respondendo. Quinto opiniones inuicem comparabo. Vltimo ad rei ipsius perfectionem quendam modum

pleuresis frequenter contingentem ab autoribus modernis male expositum proponam, uerasq; ipsius causas assignabo, quod forte legētibus non nimium desiderantibus non erit ingratum.

TRACTATVS DE PHLOBOTOMIIS fiendis in pleuresis aliisq; apostematibus Sectio Prima.

Capitulum Primum in quo ponuntur argumenta ad partem affirmatiuam q phlobotomia Primo sit fienda ad partem doloris.



Veritur an in pleuresi corpore existente repleto phlobotomia fienda sit in principio doloris apostemosi a basilica partis dolentis an ab opposita. Et primo uidetur q ab eadem. Nā illa phlobotomia fienda est primo que magis succurrit dolori, & cōsequenter apostemati magis obuiat. Sed hoc fit per phlobotomiā eiusdem lateris & non oppositi, ergo etc̄. maior patet ex terminis, cū tota medici sit intentio dolorem sedandi, quo sedato non fit attractio, nam dolor ipse ex medicorum cōfessu trahit, ut Galenus supra particula apho. cōmento. xxii. Immo trahit ut uentosa cuius causam infra uidebimus. Minor pbatur q phlobotomia basilice opposite non sit doloris mitigatiua & hoc triplici uia, primo experientia, qa sepius ista facta non minus dolor perseuerat, adeo q oportet peruenire ad eā que est eiusdem lateris, secundo quia phlo

botomia diuersiua p̄supponit dolorem fuisse mitiga/tum aliqualiter, iuxta illud Auicēne quarta primi. Cū uolueris ad diuersū trahere prius dolorē seda. Tertio ratione quia materia faciens actu dolorem sub forma cause coniuncte est, uerbi grā, triū unciaꝝ. Modo esto ꝙ per phlobotomiam oppositā extrahantur uncie. vi. sanguis in corpore pleno non minus remanebunt ille tres oncie stante tanta abundantia, & ille sufficient continuare dolorem, ergo per extractionem a parte op/posita non remouetur dolor, qui tamē per consimilem extractionem remoueretur ab eadem parte, ergo phlo-botomia opposita nō obstat dolori, & cōsequenter nec apostemati, cum stet dolor attrahens debet autem sta-re dolor si stat materia nisi suspendanť actiones natu/rales, & hæc est ratio ex nostra messe.

¶ Secundo arguitur autoritate Hyppo. ii. reg. ac. qui procedit solū a principio mitigando dolorem, ꝙ si non sedať & dolor ascendat ad spatulam precipit phlobo-tomiam basilice, & licet ibi non nominet quam basili/cam, in quarto tamen specificat &. d. ꝙ ab ea que eius-dem lateris. Cum ergo istam nominet & non oppositā ergo secūdum Hyppo. elligenda est illa non opposita. Mirabile enim esset ꝙ Hypp. tantū fuisset negotiatus circa fomenta & omisisset remedium adeo insigne si pu tasset hoc isti egritudini necessarium.

¶ Tertio. G. xiii. de ingenio Doct. iii. capi. v. de epate incipiente phlegmonizare p̄cepit phlobotomiā dextri cubiti a principio. Post ampliat ad reliqua apostema/ta, ut toracis, pulmonis, cordis, ꝙ debeat fieri ab eodē

latere, Idem ab eo habetur libro de phlobotomia Do/ ct.ii.cap.ii.dicit enim. Et quidem demum & in pleu/ resi que secũdum rectum patientis lateris phloboto/ m ia iuuamentũ euidentissimũ ostendit multotiẽs que uero ex opposita manu, uel parũ, uel oĩno post tẽpus. ℭ Confirmat per ipsius Hyppo.modũ operandi quẽ recitat primo aphorismoꝝ cõmento.xii. in cura anxii pleuretici, in quo phlobotomauit solum basilicam pa/ tientis lateris & non oppositi.

Capi.Secundum in quo ponunt argumenta pro parte negatiua.

IN oppositum sunt rationes, & regule artis, & autoritates medicorum Illustrium. Et licet hic multa adducere potuissem ꝑ ueritate istius cõclusionis opposite. Quinqꝫ tamen tantum adducam rationes, quas Do.Cla.adduxit contra se, illasqꝫ credit soluere, quibus duas probabiles aut Suasiuas anne/ ctam, alteram ex officina Clarissimi Montagnane Iu/ nioris physici grauissimiqꝫ medici, cuius anima in se/ dibus Deorum letet in eternum. Alterã e nostris labo/ ribus editam. Prima ratio per aduersarium adducta est, ꝙ Auerrois.vii.colliget cap.xxix.accusat.G.dicen tem in apostemate epatis phlobotomiam debere fieri ex dextro & splenis ex sinistro. Vt quarto de ingenio, & secũdo de feb. ad Glauco. & in aliis q̃ pluribus lo/ cis. Cum tamen in sermonibus uniuersalibus dicat op positum, ut libro de antispasi, & in aliis multis locis.

In quibus.d.q̃ in omnibus membris si materia fluit p̃ unam differentiam q̃ trahenda est in contrarium, & sic de inconstantia & contradictione arguit eum/Auicẽna quoq; de cura apostematum, idem asserit q̃ curren/te materia ad aliquod membrum, ut faciat apostema trahenda est in contrarium.

¶ Secunda ratio est ex dictis Galeni locis allegatis, q̃ a principio fluxus, materia est diuertenda, sed post cũ fluxit de nouo est deriuanda de loco ad locum, puta de membro ad membrum, sed mox cum fluxerit longo iam tempore non est amplius nec diuertenda nec deri/uanda, sed est tantum euacuanda, modo cum deriuatio fit de uno membro ad aliud membrum propinquũ tñ, ergo diuersio est a remotis, quia si esset ad ꝑpinquum esset deriuatio, si esset ab eodem esset euacuatio, cum er/go in principio non conueniat euacuatio nec deriuatio, ergo diuersio conuenit, quæ non nisi fit a locis distanti bus oppositis. Item.xiii.de ingenio cap.ii.d. fiente phle gmone duplex est intentio. Curatio eius quod fa/ctum est & p̃seruatio eius quod futurum est, prohibẽ/do partem materie ne fluat & .d. G. Cura passionum fientium componit̃ ex p̃seruatione & curatione, nõ igi tur oportet dimittere a principio diuersionem ad pre/seruandum, quam ut diximus oportet facere ex opposi tis remotis, cum differat a deriuatione & euacuatione.

¶ Tertia ratio in pleuresi conuenit diuersio in princi/pio materiã fluẽte, sed diuersio fit ad partes lõginquas, ergo a principio pleuresis debemus phlobotomare ad ptem remotam, & nõ in eadem parte ꝑpinqua. Immo

diſtante & forte diſtantiſſima, ut fit in Saphena, huius rationis maiorem non probat, ſed ex iam dictis in ſecunda ratione per Ga. patet, quia in omni apoſtemate, omniq; fluxu a principio oportet diuertere modo ſub ſumendo minorem maiori.ſ. Sed pleureſis eſt apoſtema ergo etc. Minorem probat per.G.xiii.Terap.Doc.ii.cap.iii.ubi.d. ꝙ diuerſio fit ad partes longinguas.

¶ Quarta ratio fundat̃ in dictis Hypp.ii.reg.ac. Nã loquitur Hyppo. quando fluxa eſt totaliter materia, que non potuit ſedari fomentis, ergo ubi incipiat fluxus ſecus eſt agendum. Cum autem poſt totalem fluxum efficit̃ ab eadem parte, ergo ante fluxum ſecundũ Hypp. fiẽda eſt ab oppoſita, antecedens eſt Hypp. ibi, cum materia compleuerit etc. Solum p̃cipit phlobotomiam eiuſdem lateris quando materia fluxa eſt, quod cognoſcit̃ ex prauitate doloris.

¶ Quinta ratio. nam. G.ii. de feb. ad Glauco. d. Si reumatizet materia ad genu oportet in principio illi⁹ fluxus, diuertere ut ſi ad genu dextrum, cum baſilica ſiniſtra & econtra. Si ergo in iſto membro ignobili ſecundum Gal. conuenit diuerſio cũ phlobotomia oppoſita, ergo a fortiori fluente materia ad pectus, conuenit diuerſio quæ eſt cum oppoſita.

¶ Eſt & ratio montagnane, ꝙ in principio pleureſis phlobotomandũ ſit ab oppoſito, & nõ ab eodem, nam ſic phlobotomando ab oppoſito egri ſanant̃, cum magna tutella, & aliter ducũtur ad mortem, ergo non eſt aliquo pacto phlobotomandum ab eodẽ in principio, antecedens patet, quia phlobotomando ab oppoſito di

ſtrahit̃ materia, & ſic impedit̃ apoſtema, & ploboto-
mãdo ab eodem magna fit attractio uerſus apoſtema,
quare auget̃ dolor, & apoſtema ad quorũ Augumen/
tum ſequitur mors.

ℭ Eſt & noſtra ratio rhetorica .ſ.opinio que .d. ꝙ a
principio pleureſis ſit phlobotomandum ab eodem, nõ
habet rationes pro ſe, nec autoritates, ergo non eſt opi/
nio rationalis nec bona, patet conſequentia, quia queli
bet bona & uera opinio deducta eſt a ratione, & quod
eſt ſecundum rationem ueriſimiliter eſt ab auctoribus
confirmatum, antecedens probat̃, quoniam rationes ad
ducte pro tali opinione, ſunt ſolum Sophyſtice ut pa/
tebit per eorum ſolutiões. Modo ratio Sophyſtica nõ
eſt ratio, ſicut auricalcum nõ eſt aurum. Eſt quoq; ſine
autoritatibus, quoniam non habet iſta opinio pro ſe
niſi autoritatẽ. G. Sed ut uidebimus infra. G. eſt con/
tra Galenum, ergo autoritas Gal. nulla eſt in hoc.

SECTIO SECVNDA CAPI. I. In quo ſummatim omnes ponuntur opiniones.



Irca huius negotium licet uarii ua/
ria ſenſerint, Doctores, attamen qui/
dam clariſſimi ad Hyppocratis, Ga
lieniq; ſenſum opinionem quãdam
nunc excitarũt, ꝙ phlobotomia prin
cipii ab eadẽ fiẽda ſit parte. Alia de/
inde doctoris cuiuſdã ſucceſſit opinio, q neſcio quo ſpi
ritu ductus ordine penitus retrogrado trãſpoſiteq; ope

ratur, prima enim die doloris ab eodẽ phlobotomabit latere, demũ sequenti die ab opposito phlobotomabit, ueluti de errore iam cõmisso admonitus. Penitentiaq; ductus seipsum corrigere uelit. Quam quidẽ opinionem, uti a rationibus & ab autoribus derelictam penitus omittam, cum stultius sit stultas scrutari opiniones, ut Arist. iii. de partibus ani. cap. iii. Tertia est insup opinio Serapioni, Rasi, Auẽzoar, Azarauio, Aliab. Auer. ascripta, que media inter famosas opiniões censenda est. Quod a principio basilica oppositi lateris icidenda sit deinde iam fluxa materia a basilica eiusdẽ partis causam doloris extrahendam fore autumat. Quib⁹ quarta superuenit opinio doctioribus eruditioribusq; attributa. s. Auicen. & Mesue, qui profundius excogitantes principii phlobotomiam inferius retraxere. Verum ni fallor, cum neq; me ipsum ab errore absoluere intendam. Eo id magis cum ex uerbis Arist. diu habuerim, praua malaq; magis secundũ naturã existere, ignorãtiam, pariter unicuiq; ex filiis hominũ existere, magis q̃ scientiam que deorũ est uti uera ꝓprietas, ut .ii. de Anima a Phy. 151. textu habetur. Puto inquã, ni fallor Doctores omnes de utraq; secta tã media. s. q̃ ultima in uno conuenire, quod phlobotomia principii ab opposita fienda sit parte, nullo autem modo ab eodem latere tunc cõpetere materia ꝑexistente multa.

¶ Et quoniam mea nunc est intẽtio opinioni Galienistarum principaliter aduersari, cum falsam & ab huius principiis artis deuiam nouerim. Ideo opinionem hanc specialiter per diligẽti studio examinare intendo.

Verum

Verum quoniam inter hos unus ex famosioribus Ita/ lis laxis habenis hac in re uersatus est, opinionesq; fer/ me autorum omnium illustrium examinauit suaq; trutina ponderauit illorum dicta exponendo, opinio/ nem demum Galienicam instruendo. Certis quibusdã rationibus approbans aduersaq; (ut credit) soluere tẽ/ tans. Idcirco illius Doct. Cla. examen pcipuum percur ram. At cum istius Doct. exposit.ones cum absone, tũ mentibus autorum contrarie meis apparuerint dictis, sueq; rationes more Auenzoar theysir primo. Sophy/ stice solute fuerint. Et non ipsum ratiões sibi obiectas absoluere declarauerim. Aperte hec opinio erronea in artificiosa mortiferaq; conspicabit͛, apud illos maxime uiros qui a natura bene aptissimeq; instituti fuere, qui sermonibus demonstratiuis herere soliti sunt: non si quidem apud eos qui tantum autoritatibus credere cõ sueuere, cum tale id hominũ genus Auer. confessu me taphysice fo, nunquam phylosophari potuit, cum eo/ rum intellectus debilitatem arguat, ut .d. Arist. in te/ xtu ibi.

Cap. ii. in quo ponuntur opiniones in specie, & pri/ mo examinatur opinio Rasis ẽm Doct. Clarissimum.

PRima modo a Doct. Cla. examinata opinio est Rasis nono ad Almans. qui .d. q; phlobotomia a principio ab eadem fienda sit parte nisi totum sanguine repletum fuerit corpus, quia eo tunc casu san guinis extractio ex cõtrario fiẽda est loco. Pro illo sub

tilis hic Doct. notat unum, quod cũ una generalis po nitur regula cum una exceptiua, talis exceptiua nõ est uera, nisi raro & per accidens. s. in aliquo determinato casu. Regula uero ipsa generalis remanet uera & perse atq; ut in pluribus, ut uerbi gratia digesta medicari & mouere non cruda, nisi materia furiosa fuerit. Per se enim & ut in pluribus ita est q non medicandum ante digestionẽ materie, & ista est regula uera, & ut in plu/ribus q si est medicandum ante digestionem nõ est uerum nisi in certo casu furiositatis. Ecce q exceptiua est uera tantum ut in paucioribus & raro, & sic est per ac/cidens. ſm hoc igitur uniuersalis regula Rasis, esset q in pleuresi phlobotomia fienda sit ab eodem latere, nisi sit repletio sanguis, quod in casu est particulari tantũ.

Cap. iii. in quo rephendit Doc. Cla. in expõne Rasis.

SEd hic Doct. uel non constat in suo assumpto, uel Rasis est cõtra ipsum, assumpsit enim in corpore plectorico a quo latere fienda sit phlobotomia a principio, & tunc cadit in exceptiua que efficitur uni/uersalis & est semp & per se, & simpliciter fit regula si/cut accipiendo exemplum eius, digesta medicari, & mouere non cruda nisi materia sit furiosa, si modo quis assumeret questionem isto modo an in materia furiosa sit euacuandum ante digestionem, uidendum est an re/sponsio sit in aliquo casu tantum, aut simpliciter & uni/uersaliter, & certe q uniuersaliter eodemmodo, in pro/posito si querimus, in pleuresi absolute a q uena in prin

cipio sit phlobotomandum, forte q; respondendum s[ecundu]m Rasim q; ab eodem latere nisi sit plectoria. Sed assumẽdo quesitum isto modo stante plectoria, a qua, uena in principio sit phlobotomãdum, patet q; s[ecundu]m Rasim, nõ est phlobotomandum nisi ab opposito, & non solũ in aliquo casu, ergo iste Doct. uel nõ manet in suo q̃sito, uel habet Ras. cõtra ip̃m, licet credat ambulare cũ eo.

Capi. iiii. In quo Doct. Cla. infert corolaria contra Rasim & contra praticantes.

DIcit deinde Doct. Cla. de hac heresi q; Rasis in libro diuisio. D. si pleuresis fiat ex sanguine dominante, phlobotomia fienda est ex opposito. Sed si ex dominio colere aut aliorum humorum fiẽda est ab eodem latere. Ex his infert duo, primum contra praticantes, s[ecundu]m contra Rasim. D. cõtra praticantes q[uonia]m Ras. ut patet in aliquo saltim casu phlobotomabat tãtum ab eodem latere, ubi materia non sit sanguinea, & praticantes semper faciunt ab opposito, ergo Ras. est contra ipsos. Secũdo. D. q; Ras. est cõtra. G. q[ui]a Ras. saltim phlobotomabat ab opposito, in casu sanguinee & . G. s[em]p in pleuresi ab eadẽ p[ar]te, ergo Ras. est cõtra. G.

Capi. v. in quo reprehenditur Do. Cla. in corolariis.

VIdendũ est a Doc. Cla. primo qui sint hi praticantes, uel sunt de Secta. G. & hoc non, uel de secta Auic. & hoc non, uel farmocopole de

quibus non curandum. Non de secta Auic. quoniam Auic. non phlobotomabat quando materia est alia a sanguine, uel si precipit phlobotomiam non eam determinat q̃ semp fiat magis ab una q̃ ab alia, ut patet capi. de cura pleuresis. Sed de isto uidebimus, latius in opinioẽ Auic. quo ad f̃m patet ex allegatis supra post oppositum argumentis q̃ falsum. d. q̃m nõ est uerum q̃ Ras. sit contra. G. Cum Ras. x. continentis allegет. G. in fauorem sue opinionis dicentis, phlobotomiam debere fieri ab opposito: Forte. d. Doct. Cla. q̃ uerum est q̃ Ras. allegat Galenũ pro se. Sed Ras. non intellexit. G. sicut ipse nunc intelligit, nã omni die conuersat cum. G. hoc nolo impugnare uti oraculum, sed quid dicet ad uerba. G. ii. reg. ac. cõmento. x. & in libro de phlobotomia, & locis allegatis post oppositum questionis, & hoc de opinione Ras.

Capi. vi. in quo Doct. Cla. examinat opinionem Auic. De numero phlobotomarũ in specie que fiende sint.

SEcunda ab isto Doct. Cla. examinata opinio est summi philosophi Illustrisq; medici Auic. Cuius mentem ueram declarare promittit, Maxime cum apud alios non fuerit adhuc cognita, quare felicia erunt igitur nostra hec tempora, cum tertius e celo cecidit expositor. d. Doc. Cla. q̃ Auic. uidetur uoluisse q̃ phlobotomia diuersiua fieri debeat ut uerba sua superficialiter sonare uidentur. Cum. d. ex rebus cõmunibus est phlobotomia in principio, ex latere diuerso, sed

magis festina que ex Saphena opposita, ẜm longitudi/nem post illam ex basilica opposita, ẜm latitudinẽ, ter/tio ex nigra opposita etiam ẜm latitudinem, uel ex ce/phalica si nigra non potest haberi, licet iuuamentũ ce/phalice sit minus & tardius. Deinde post aliquod dies ex latere conueniente. Secundũ latitudinẽ, ultimo po/nãtur uẽtose &c. Ista sunt uerba formalia que recitat Doc. Cla. Ex quibus apparere potest quomodo solũ supficialiter Auic. uoluerit, phlobotomiam diuersiuam cum in his uerbis non solum nõ fuerit contentus una phlobotomia opposita. Sed tres ponat oppositas, ac di uersiuas nescio quomodo intimius medulitiusue loq de phlobotomia opposita potuisset. Subtilizat deinde Doc. Cla. rem ipsam, & querit cũ Auic. quattuor phlo botomias innuit, uel igit̃ omnes uult uel aliquas tan/tum in singulis, ita ꝙ in una indiuidua pleuresi unam phlobotomiam, in alia pleuresi aliã non ꝙ in quacũqꝫ indiuidua, omnes phlobotomie simul conueniant. Sed omnes exercent̃ in omnibus. Sicut uulgo dicit̃, oẽs ho mines sciunt omnia, nullus tamen scit omnia. Omnes enim homines sciũt omnia. s. simul capiendo homines non diuisiue. Modo .d. Doct. Cla. nullus diceret ẜm Auic. primum modum ꝙ omnes phlobotomie debeãt fieri in omni pleuresi diuisiue sumpta, primo qm̃ nul/lus autor hoc precipit, secundo quia est contra funda/menta Auicẽ. q tantum timet ebullitionẽ colere, tertio est contra uerba littere cum. d. Auic. & quandoqꝫ ponũ tur uentose supra pectus. Modo. d. Doc. li et & li quã doqꝫ, declarant ꝙ modo est necessarium unum, modo

Primũ motiuũ
secũdũ
tertium

aliud & non omnia simul. Ex quo infert Auic. nolle omnes phlobotomias simul in omni, sed aliquã in una, & aliquam in alia, & in aliqua, uult nullam, quando. si dolor descendit qui farmaco sedat.

Cap. vii. in quo ponit opinio nostra de numero phlobotomarum que sunt fiende in pleuresi fm Auicē. & respondet tribus motiuis Doc. Cla.

Circa hec saluo meliori iudicio dicerem q utiq Auicēna, nō uult omnes illas phlobotomias de necessitate fieri in qualibet. Cum in dies uideamus, ad sensum modo unam sufficere, modo aliam in casu Illustrissime. d. Antonie baucie de Gonzaga suffecit sola phlobotomia Saphene opposite, fm longitudinem, aliis non indiguit quas fecissem si opportuisset licet ultra. lxvi. annum tunc constituta foret, in aliis pene ifinitis suffecit sola phlobotomia basilice opposite. Sed si iste Doct. Cla. credit q oēs iste, non possint coire in una indiuidua pleuresi fm Auic. utiq sic bene intelligēs Auic. in magno errore est cōstitutus, cum illa sua bona intelligentia, quandoq enim est tanta multitudo, & malitia q non solum iste phlobotomie sunt oēs necessarie uni pleuretico. Sed & quandoq oportet deuenire ad uentosam. Neq rationes istius Doc. aliquid concludunt contra nos. Nam cum primo. d. q nullus autor. h. d. Dicendo q autoritas negatiua nihil pbat, deinde si Auicēna, hoc nobis pcipit debet sufficere. Cũ tam mirabili doctrina hanc medicine artem cōposue-

rit. Ordine enim cōpositiuo, ad bonam doctrinaꝝ tra/
ditionē uere faciente, ita medicinā confecit sicut tali or/
dine phylosophiam summus philosophoꝝ edidit Ari
sto. Cuius Auicēna fuit optimus sectator, in paucissi/
mis admodum rebus ab eo dissonans, ideo Trapolinus
preceptor meus sue etatis phylosophorum, ac medico/
rum gloria autoritate Girardi bolderii Veronensis hāc
dicebat profitentibus artem, insequimini Auicē. primo
insequimini Auic. s͠o, insequimini Auicē. tertio. Cū ta/
men pmulti doctores nostri temporis sint fastiditi de
Auic. & Galenum tm̄ queritant & sonora eum uoce
proferunt cum. G. iste suus ab Auerroi totiens rephen
dat in logica, ac phy[illegible]a, Similiter a Themistio nō so/
lum de ignorantia. Sed de impudentia, q̄ semper uelit
contradicere Aristoteli sine ratione, iuxta illud Arma
amens capio, nec sat ratiōis in armis. Nō minus a me/
dicis reprehendi solet, ut patet de Auic. in libro de Ani
malibus, cū dicit, Videamus quid dicat iste medicus,
qui multum sciuit de ramis phylosophie, & parum de
radicibus. Nec est putandum q̄ hoc liuoris causa di/
xerit, cum Auic. modestia phylosophica usus se. G. in/
terpretem facit. Non minus raby Moys. xxv. particu
la. d. Ita contingūt anime egritudines sicut & corpori,
egritudines anime sunt mali mores, male opiniones &
male credentie uti contigit. G. qui cum magnus foret
in medicina talem quoq; se credidit in phylosophia, cū
tamen in ea esset ualde paruus, ut est uidere ibi, ubi &
deteriora. d. de. G. ut infra uidebimus. Amplius oēs
uidere possunt q̄ cum. G. aliquā assumit pugnā cum

Aristo. opinio, G. non est ut plurimum de inuentis suis sed antiquorum quos Arist. impugnauerat & delato iudicio ad Auicen. huius lucte ut plurimum .d. ipse si rem hanc bene considerauerimus. Credendũ erit primo magistro. Si ergo .G. est adeo reprehensus ab illustribus in phylosophia quomodo in medicina, sũmum gradum obtinere ualebit, ut aliis grauissimis phylosophis, ac medicis sui culpa credendum non sit maxime cum phylosophie finis principium sit medicine scientie, ut .d. Aristo. in de sensu & sensato, Medicina enim phylosophie consensu omnium subalternatur. Amplius ut .d. Ari. ii. de partibus ani. Cognoscere causas sanitatis & egritudinis non medici, sed phylosophi munus est. Immo sanitatem egritudinemq; scrutari nõ nisi phylosophi est, quoniam he uiuentis passiones sunt. Viuens autem a phylosopho cõsideratur, ut patet in libris destinatis ab Aris. modo eiusdem est considerare, & subiectum & partes subiectiuas subiecti & eius passiones, ideo posteriorum primo. Scientia est unius generis subiecti partes & passiones considerans. Qui ergo rudis est in phylosophia Corolarie sequitur q; non multum eruditus est in scientia medicine. Suspecti quoq; sunt illi praticantes qui phylosophie expertes sunt eisq; parum credendũ, Corolarie etiã sequit' q; diffinitio data de medicina, ab Aui. sapiẽtior conformiorq; est dictis Arist. q̃ ea que data est a .G. cũ .G. d. q; medicina est sanorum egrorum &cet. qđ non uerum est. Non autem mirum est, si .G. errauit in diffinitiõe medicine, cum nesciat limites phylosophie ideo

multa

multa.d.ut medicus, que deberet dicere ut phyloso-phus. Et Auic.uidens hoc.D.primo Cano.ꝙ medicus debet loqui de rebus quę pertinent ad phylosophũ,ut alphachi nõ ut mutechelim,& hoc dixit,ut corrigeret. G. ℭ Forte,ꝙ hec dicta Galienistas offendũt,sed ego & cum eis non parum doleo, ꝙ tam celebrati autores ita turpiter in.G. inueherint,cum ille sim qui Galenũ in medicina uirum magnum fuisse credam,quia extẽ-se plura cognouit,& multa in ista inuenit arte,& inuẽ-toribus habende sunt gratie,ut.d. Arist.ii. capi. textu com. xxxiiii. Bene uerum est ꝙ contradicentibus Aui cen.& .G. Puto Aui.magis credendum fore,quia Cla-rissimi, pspicuiq; fuit iudicii, ut constat ex libris suis, & quia posterior fuit,ideo accutius eruditus. Fuit.n. magnus in logica in qua doctissimos cõposuit libros. Similiter in phylosophia in metaphysica. Albertus co-gnomento magnus in mathematicis mire ipsum extol lit.Quem igitur in arte hac medicine,uirum Auic. Pu tabimus,quam tanto studio miraq; doctrina,compo-suit, iure &.n.merito principis nomen sibi inditũ est. Sat igitur nobis sit ꝙ Auic.iiii.has phlobotomias,per ordinem posuerit. Ea siquidem lege,ꝙ si nulla sit neces saria phlobotomia,nulla fiat,si uero necessaria una non plures fiant:quoniam frustra fit per plura &cet. Quod si una non sufficit due,immo tres, & quattuor si opor-tet, & quãdoq; oportet facere uentosas, quia fortitudo remediorũ ꝗ multitudo,egritudinis superbie equiperã da compensandaq; est. Iuxta illud Arist. problematũ prima pblemate.ii. & apho.prima ad ultimas egritu.

celi

&c. ¶ Ad ſam Doct. Cla. rationē, que. d. ꝙ Aui. nō po
teſt admittere. iiii. phlobotomias, in uno & eodē, quia
ſit contra ipſius fundamenta. Dico ꝙ illud quod faciūt
hi ſyntomatici de hac hereſi, cum phlobotomia, copio/
ſiſſima, bñ illud eſt cōtra fundamēta eius, nā aliqui ex
his ſyntomaticis quos quidam medicus Venetus lu-
teranos appellat, extrahūt a principio ſex ſanguinis li-
bras, quo caſu mirum eſt ꝙ egri nō moriantᷓ, uitamq̧
cum ſanguine fundant, hoc bene certe exit fundamēta
Auic. qui clamat ꝙ melius eſt infra ſubſiſtere: q̄ exqui
ſite euacuare, & eo magis in euacuatōe ſanguinis, q̄ no
cibilior eſt aliis, ut ipſe. d. c. de hydropeſi, ideo ſepe. d.
melior eſt multiplicatio numeri, q̄ quātitatis. Grecorū
uero mos ut paſſim notum eſt ad defectiones ad ſyn-
copimq̧ ducere. Milites &. n. greci qui ad nos peruene
re, ex quadam patrie conſuetudine, in uere ſe phlobo-
tomant phlobotomiamq̧ haud ſiſtunt niſi ſyncopis
appareat, quam pro accōmodato habēt termino. Neq̧
uerum eſt ꝙ ex phlobotomiis ſic partitis colericorum
ebullitio oriri debeat. Non enim iſti qui ſic bene intel
ligunt Auic. Pace eorum dixerim Auic. mentem habue
re, aut ego (ut forte eſt) fallor timenda &. n. ſolū eſt co-
lere ebullitio quando corpus eſt poſitū ſub dominio
colere. Eo & enim caſu, p ſanguinis hauſtum ardentis
colere, quod ei modicum erat relictum de freno, cum p
caſum excāduerat colera in totum ei frenum amouetᷓ,
quare colera ipſa effrenis penitus efficitᷓ. Sed cū corpus
ſub ſanguis ſolius dominio cōſtitutum reperitur, aut
ſi cum eo ſocia ſit colera, uincente tamē ſanguine, eo ca

su per multam sanguinis eductionē non ebullit cole-
ra. Immo si peccat modo dicto simul cū sanguine edu
cit, & sic corpus non ducit ad inflammationem, sed ad
refrigerationem, ut nuper contigit in Illustrissimo Du
ce nostro putrente colera, in multo sanguine, iam pre-
missis uentosis binisq; phlobotomiis existens, philoso
ph⁹ medicusq; Magister Hyer. Gab. Egoq; una extra-
ximus notabilem sanguinis quantitatē, & statim ces-
sauit feb. & consequēter ebullitio colere. ℂ Ad ultimū
motiuum, cū d. Doc. Cl. ꝙ non stat cum littere conte-
stu, non parua afficior admiratiōe ꝙ in re tā leui Doc.
Cla. fuerit deceptus, credens ꝙ per li et, & li quandoq;
non possint omnes ille phlobotomie alunde inuicem
coire. Solum. n. li et, & li quandoq; declarant ꝙ inter
istas phlobotomias, & uentosam ponendā nō est iden
titas, quia natura copulatiue est copulare inter diuer-
sa, & li quandoq; importat ꝙ non semper coeant ista
simul. Sed qd refert, quod licet ista sint diuersa ꝙ quā
doq; & non semper, sed propter magnam indigentiam
in aliquo forti morbo, ista & illa insimul coeant, sicut
& fricatiōes, ligature, enemata, licet diuersa coeūt &c.

Capi. viii. in quo Doc. Cla. concludit numerum phlo-
botomarum &c. d. quare in descensu doloris magis
utendum farmaco, quam phlobotomia.

His sic antea per Doc. Cla. declaratis ipse conclu
dit s̄m eius expositionem ꝙ Auic. nullo modo
uoluerit oēs phlobotomias posse fieri in una in

diuidua pleuresi. Sed in una unam, in alia aliam, quod mirum est. Sic enim proiciuntur iste phlobotomie, sicut castanee pueris. Immo.d. in aliqua pleuresi nullam uult Aui.s.cum dolor descendit, quia tunc solo utitur farmaco. Addit tamen.d.ipse doct.Auic.ꝙ si per tale farmacum non sedaẽ dolor, eo casu, fienda est phlobotomia. Hic multa incomposite dicuntur, nescio si fuerit uitio scriptoris, ut tamen potui uatinando colligere uult ꝙ Aui.reddat rationem cur in descensu doloris non debet fieri phlobotomia, sed farmacia. Et reddit rationem quam notare debemus, quoniam Doct. Claris. non constabit in hoc, ut patebit infra, ratio ergo quare in descensu doloris fieri nõ debet phlobotomia, sed farmacia .d.Doct.Cla.ſm Auicẽ. est quia phlobotomia non extraheret aliquid a membro leso.

Capi.ix.In quo poniẽ dubiõ, circa expositionem Doc. Cla.in assignanda causa, cur magis utendum farmaco, q̃ phlobotomia in descensu doloris.

SEd contra si Doct.Cla.aliud non.d.non satisfacit dubitationibus contingentibus littere, nam si in descensu doloris non oportet phlobotomare, sed farmacari, quoniam phlobotomia nihil extrahit a mẽbro leso. Quare ergo Auic.paulo infra.d.ꝙ si exhibito farmaco non sedaẽ dolor ꝙ fienda sit phlobotomia statim, ego dicam ꝙ non minus tunc phlobotomia nõ cõuenit, & adducam istã causam quam predixerat, quia phlobotomia nihil extrahit a loco leso. Vel Auic.non

assignauerat ueram causam, & si nihil extrahit a mem/
bro leso ergo stabit dolor, quia stabit eius causa, que
nec farmaco, nec phlobotomia, extrahi potuit, ergo per
istam expositionem non remouetur ambiguitas, ideo
aliam expositionē dabo qñ tempus erit oportunū.

Capi. x. in quo Do. Cl. d. in quo latere fienda est phlo
botomia. Supplēs defectū farmaci nō sedātis dolorē.

POsita ergo expositione ꝙ in descensu doloris nō
sit fienda phlobotomia. Sed farmacia statim du
bitabat. Doc. Cla. eo casu descensus doloris a far
maco non sedati, cum fienda sit phlobotomia, a quo
latere fienda sit, & respondet ꝙ Auic. uult ꝙ fienda sit
ab eodem latere.

Capi. xi. in quo rep̄hendit Doct. Cla. de phlobotomia
debente supplere defectū farmaci, & apparet qua/
liter. Doct. Cla. sibi non constat.

SEd contra Auicen. nihil. d. de hoc, ꝙ fienda sit nec
ab isto, nec ab illo latere, respondet Doct. Cla. ꝙ
Auic. dedit intelligere, per illa uerba ꝙ phloboto
mia nihil extrahit, nam opposita phlobotomia nihil
extrahit, sed que ab eodem latere bene extrahit. Sed cō/
tra, in primis Dot. Cla. sibi non constat, nam ut supra
aduerti dixerat enim in expositione Auic. ꝙ in descen/
su doloris non erat fienda phlobotomia. Sed farmacia
& causam assignauit, quia farmacia ipsa est apta extra

here. Sed phlobotomia nihil extrahit, ergo fm expositionem Doct. Auic. Comparabat phlobotomiam farmacie, & hic modo. d. ꝙ cōparat phlobotomiam eiusdem lateris ipsi phlobotomie opposite, que phlobotomia opposita fm ipsum nihil extrahit, ergo nō cōstat. Preterea Auic. absolute derogat phlobotomie, & non d. de eadem, uel de opposita, nā descendente dolore qꝫ dicet magis elligendam phlobotomiā q̄ farmacia, & illam phlobotomiam que est eiusdem lateris. Nec Auicen. poterit dicere ꝙ phlobotomia nihil extrahit, quia per te, immo in descensu doloris phlobotomia poterit extrahere, dūmodo sit eiusdem lateris, quomodo ergo Auic. magis eligit farmaciam q̄ phlobotomiam, & nō potest esse propter aliam causam, nisi quia materia est alia a sanguine, que expetit farmaciam & non phlobotomiam. Et eo casu fm principia Auic. cap. de phlobotomia, & prima tertii capi. Cum materiam &c. non est phlobotomandum quia phlobotomia nihil extrahit, si ergo Auic. laudat farmacum, loquitur fm principia sua. Preterea si Auic. determinaret per illa uerba ꝙ non sit fienda phlobotomia opposita, quia ratione oppositionis tantum nihil extrahit, falsum diceret, & tripliciter probatꝰ, primo sensu, 2o autoritate, tertio ratione dico sensu, nam facta phlobotomia opposita primo representatꝰ quandoqꝫ sanguis non alteratus. Sed pseuerante euacuatione succedit sanguis corruptus, & iam denigratꝰ a caliditate apostematis, ergo isto mō phlobotomia opposita extrahit a loco leso: Cum extrahat sanguinem illius conditionis, ut omnes dicunt. Secūdo

autoritate Mesue, qui nõ uult ꝙ sistatur uena nisi do/ nec exierit sanguis niger, loquendo de uena opposita. Tertio ratiõe quoniam ut patet tertio de partibus Animalium, uene sunt unum continuum. Item naturaliter sanguis non continetᷓ nisi in uenis, eo dépto qui in fonte. s. in corde, ut tertio de partibus capi. iiii. & infra uidebimus, ergo sanguis de necessitate delegatusᷓ a uenis ad apostema si trãsiuit a uenis ad apostema etiã de apostemate ꝑ uenas retrocedere ualebit, siue ex eadem, siue ex opposita parte poterit sanguis exire, aliter continuata euacuatione daretᷓ uacuum, & hoc patet experientia, extrahentium uinum a uegetibus per cannam primo ore attracto aere mox canna totum educit uinũ & propinquum & remotum, nõ igitur uideo, ꝙ si fiat phlobotomia etiam opposita nõ possit extrahi, uel sub forma cause antecedentis proxime transiture in coniunctam, uel sub forma cause coniuncte. Si ergo Auic. id uoluisset falsum dixisset, & in ueritate, ut patet littera nihil. d. de phlobotomia, nec eadem, nec opposita. Sed absolute respuit phlobotomiã, ut faciũt Hypp. & . G. & eligit farmacũ. Preterea Doc. Cla. admittit ẜm Mes. ꝙ in pleuresi que ꝑmutatur ad caput ꝙ festini & sublimis iuuamenti sit phlobotomia Saphene remotissime. Si ergo potest indistans extremum, quare non in medium ac minus distans.

Capi. xii. in quo queritᷓ quomodo igiᷓ fienda sit phlobotomia, supplens defectum farmaci, ẜm Auicen. si responsio Doc. Cla. non ualet.

STatim dicet Doc.Cla. si expositio data Auic.non quadrat, quomodo igitur exponenda est littera Auic. Item esto ꝙ Auic.nihil dicat de qua parte sit phlobotomandum phlobotomia debente supplere defectum farmaci, quando tale farmacum non potuit ab soluere dolorem. A quo latere fienda sit phlobotomia omnino, querendum est ẜm Auicennam.

Capi.xiii.in quo poniť excusatio a solutiõe petitionũ.

AD primum dico ꝙ intendo expectare tempus magis idoneum, pro recta expositione Auic. Ad secundũ dico ꝙ talis petitio pendet ex recognitione totalis ac principalis quesiti, ideo incõgruũ est de hoc ad pñsens uerba facere, sed expectanda est solutio totius qõnis, nam in. v. & .vi. cõclusiõe appebit.

Capi.xiiii.in quo Doc.Cla.exponit Auicennam de phlobotomia Saphene.

POstmodum Doc.Cla.d.ꝙ est solum difficultas de phlobotomia Saphene. Sed ꝙ uult dare bonũ intellectum Auic. Sed anteq̃ rem ipsam aggrediatur, prius unam facit inuolutionem extra propositum dicens ꝙ communiter diciť, ꝙ phlobotomia Saphene iuuat citius, sed ꝙ immo uult probare ꝙ ea que a basilica iuuat citius, sed quia iste locus nõ est ꝓprius & Doc.Cla. reiterat more suo, ideo me reseruo. Venien do autem ad expositionẽ Auic. supponit ipse dictũ, G. in tractatu

in tractatu de phlobotomia, Doct. ſa, & quinta, facit enim. G. differentiam inter phlobotomiam cum materia incipit fluere ad apoſtema, que diuerſiua dicitur & p̄ſeruatiuam: que fit quando quis eſt conſuetus incurrere aliquam egritudinē ut ab ea p̄ſeruetur. Hoc ſtante. d. ꝙ in phlobotomia diuerſiua, que fit a principio apoſtematis non ſolum eſt intentio diuertendi: ſed & euacuandi. Sed in p̄ſeruatiua ſolum eſt intentio diuertendi, ideo talis poteſt fieri ex locis ualde remotis, ut a Saphena. Sed in diuerſiua non poteſt hoc fieri quando intendimus & diuertere & euacuare: quod non fit per phlobotomiam brachii oppoſiti remotam, & minus cum Saphena. His ſic ſtantibus Do. Cla. exponit Auicen. Cum. d. ex rebus cōmunibus eſt phlobotomia, ſed in principio ex latere diuerſo, ſm latitudinem. d. Doct. ꝙ hoc eſt uerum, quia duo intendimus, & diuertere, & euacuare, ſed poſt cum. d. ꝙ magis feſtina eſt de Saphena: intelligit anteq̄ materia icipiat fluere, nō aūt poſtq̄ incepit fluere, & d. ꝙ iſte ſenſus ē ualde euidēs, quod ego expono. ſ. apud intellectum ſuū. Verū eſt ꝙ ipſe addit unum notabile, ꝙ ſenſus iſte ſuus datus non cōſonat littere Auicenne.

Capi. xv. in quo rep̄hendit̄ Doc. Cla. circa expoſitionē phlobotomie Saphene ſm Auic. Sed primo confirmat̄ expoſitio Doc. Cla. Deinde reprobat̄.

At ꝑ quoniam nemo diſciplinati animi debet ſcitire expoſitiones littere diſſonantes: imino re-

pugnantes, ideo istam expositionem remouere intẽdo, uti irridendam & falsam, Irridendã dico qm̃ Doc. Cla. facit, ut quidam de agro patauino, qui uolens adiscere fabulosam illam artem Cabalisticam prius a quodam se purgare faciebat hebreo Christianus cum foret, cum tamẽ e cõtra id fieri debuisset. Nã hebreus dei nõ fruitur gratia. similiter intelligibilius est ꝙ Auic. exponat .G. q̃ ꝙ uerba. G. exponant Auic. ideo ob id irridẽdã Dixi, etiã Dixi falsam. Sed anteq̃ eius falsitatem ostendam, primo uolo confirmare expositionem Doc. Cla. ꝑ Auic. Rectius enim est exponere Auic. per Auic. q̃ Auicen. ꝑ. G. Dico ergo ꝙ Auic. iiii. primi capi. de phlobotomia distinguit corpora phlobotomanda, &. d. ꝙ illa sunt que sũt parata alicui ex egritudinibus, & eas enumerat, ut expositis sciatice, podagre, sanguineis &cet. Deinde. d. & apostematibus intrinsecorum, ut stomaci pectoris supple in quo fit pleuresis ipsa numerat, & alias post narratis eis egritudinibus. d. Aui. Et debes scire ꝙ dum iste egritudines timentur & nundum in eas ceciderint plus secure eis concedit᷑ minutio, & cũ in eas ceciderint in earum principio penitus phlobotomia dimittat᷑, quia humores subtiliat, & eos per corpus fluere facit, & sano admiscet sanguini, & nihil euacuat᷑ ex eo quod oportet & facit necessarias reiteratiões, que uirtutem debilitant. Modo arguit᷑ sic, phlobotomia diuersiua, siue a basilica, siue a Saphena, si est fienda, non est fienda nisi in principio. Sed ꝑ Auic. loco allegato phlobotomia penitus non est fienda post casum in egritudinem in principio, ergo non est fienda phlobotomia

nec basilice: nec Saphene a negatione supioris ad negationem inferioris, bene ante casum in egritudinem erat fienda fm Auic. Cum dicat & nundum in eas ceciderint plus secure eis concedit̃ minutio, sed hoc est quod .d. Doct. Clariss. exponens.

¶ Sed contra expositio Doct. Cla. non quadrat littere immo ei repugnat, nam Rubrica .d. De cura apostematum pectoris, non .d. de preseruatione. Preterea Auic. facit unam copulatiuam de phlobotomia basilice & Saphene, modo mirũ esset ꝙ prima pars esset de curatione, & secunda de preseruatione. Tertio Auic. non nominat phlobotomiam Saphene absolute. Sed .d. opposite fm longitudinem, modo uel Aui. intelligit ante casum uel post casum, si post casum est contra expositionem Doct. Si ante casum in egritudinem contra esse oppositum est relatiuum sicut esse uicinum, ista enim dicũtur ad aliud modo oppositio relatio cũ sit, presupponit fundamentum & terminum, ergo si non erit terminus, ergo non erit relatio oppositionis, non erit igitur oppositũ, ita ꝙ phlobotomia Saphene nõ est opposita, si cui opponit̃ non est ex natura relatiuorum, que perempta se perimunt, cum igitur nõ esset apostema oppositum, non etiam erit phlobotomia sibi opposita. Aliter staret unum corolarium sine alio, bene potest esse id quod est oppositum .s. phlobotomia Saphene, sed non esset phlobotomia Saphene opposite, ubi non sit cui opponitur. Preterea quomodo ante aduentum apostematis quis sciret iuenire oppositum, uel fm longitudinem, uel fm latitudinem, maxime in non solitis habere talem egri-

tudinem, & etiam in consuetis non seruat eadem diffe rentia positionis, modo enim pleuresis fit in dextro, mo do in sinistro: sicut dolor calculosus & podagricus, mo do fiunt in dextro, modo in sinistro, ideo Auic. loco al/ legato: Cum. d. q͏̄ est fienda phlobotomia, in expositis aliqbus egritudinibus ante casum in eas: nō. d. q͏̄ phlo botomia sit diuersiua, quia non potest esse diuersiua, si non est terminus a quo dicat diuersiua.

¶ Preterea bene ponderet littera, quoniam cū sua ex/ positione adhuc est contra Doct. Cla. Nā. d. q͏̄ in prin/ cipio debet eē ex latere diuerso. Sed magis festina que ex Saphena opposita, & certum est q͏̄ lis nostra est de phlobotomia principii an debeat fieri de eadem, uel de opposita parte: modo cum Auicen. d. q͏̄ in principio de/ bet esse ex latere diuerso: querendum est, cuius nam est tale principium, & certum est q͏̄ non est nisi eius quod p̄miserat. s. apostematum pectoris, cum autē nominat phlobotomiam Saphene. d. Doc. Cla. q͏̄ intelligitur in p̄seruatione, sed ea que basilice in curatiōe modo sic: sed Auic. illam basilice, uult esse oppositam in principio, in fine uero uult non oppositam, sed ex latere conueniēte, idest ex eodem latere, ergo dimittendo phlobotomiam Saphene, quia per Doc. Cla. talis pertinet ad p̄seruatio/ nem: saltim phlobotomia basilice in principio non pōt esse eiusdem lateris ſm Auic. quod non minus est con/ tra Doct. Cla. & nos non querebamus, de Saphena aut de basilica, sed de phlobotomia absolute, an ab eodem uel opposito latere, & Auic. d. q͏̄ in principio debet esse ex latere diuerso, & quia esse diuersū est equiuocū, ideo

Auicen.

Auicen. innuit diuisionē. s. ꝙ aliquod est diuersum ſm oppositionē in longitudine, & huius est phlobotomia Saphene, & aliquod est diuersum ſm oppositionem in latitudine, & huius est phlobotomia basilice oppositi brachii: quare Doct. Cla. non saluat ſm Auicē. ꝙ non debeamus uti in principio phlobotomiis oppositi brachii, & post aliquot dies. s. in fine phlobotomia basilice eiusdem brachii: quam habet Auicen. pro non opposita, quicquid dicat Ioan. Mattheus Gradi & alii nugatores: nam Auicen. uocat istam non oppositam, sed cōuenientem: & in fine non indigemus phlobotomiis oppositis, sed conuenientibus, non habentibus oppositionem, & de hoc patebit infra in. iiii. conclusione nostra.

Capi. xvi. in quo dextructa expositione Doc. Clari. & cōfirmatiōe nostra: queritᷓ quid dicēdū ad. G. & Auic.

FOrte diceᷓ quid igiᷓ dicendum ad. G. & quid ad Auic. Dico ꝙ in ista re. G. autoritas non me mouet. Cum dicat contradictoria: ad Auic. uero me reseruo quando nobis continget exponere illum locum deo concedente, exponere enim unāquanꝗ rem in omni loco nō nisi allienantis est, ut. G. primo reg. acu.

Capi. xvii. de examine opinionis Mesue.

POst Doct. Cla. examinat opinionem Mes. declarans ꝙ differt ab Auic. in quibusdam que sunt modici ualoris, mihi enim apparet ꝙ in essentialibus, & radicibus conueniant, & ꝙ sit una & eadem

opinio hoc uno duntaxat excepto ꝙ Auic. considerans certam & determinatam plenitudinem, facit phlobotomiam diuersiuam a basilica opposita. Quod si amplior fuerit materia, immo multa facit a Saphena. Si uero est ut ita dicam multissima, ut in corporibus ingentis molis uiciosa crapula uiuentibus, & sine euacuationibus Mes. superaddit phlobotomiam Saphene opposite, sm duas diametros. Sed hoc sequitur ex fundamentis Auicen. Et sic opinio Mes. uirtualiter cōtinet̃ in opinione Auic. Est tamen unum annotatione dignum ꝙ stante ꝙ Auic. & Mes. eiusdem fuerint opinionis, ut patet apud eos q̄ nō sunt dure ceruicis, ꝙ isti Doctores ambo fatent̃ de phlobotomia extrema que est Saphene ꝙ talis est, festini & sublimis iuuamenti, cū tamen ex aduerso Galieniste in alio extremo existentes dicunt ꝙ festini, & sublimis iuuamenti, nō est nisi ea que fit ex eadem parte. Sed ego dico, ꝙ referendo singula singulis modo nostro, & non aduersarii utrūq; est admittendū. Consideret qui ingenio ualēt, qui hi soli sunt, qui apti sunt a natura elligere uerū & fugere falsum. quos diffinit Arist. viii. topi. capi. ultimo.

Cap. xviii. de examine opinionis Auer. & Auenzoar.

VLterius Doc. Cla. examinat opinionem Auenzoar, & Auerrois, qui qm̄ de. G. obloquūtur, cito me expediam. nam unus. d. ꝙ. G. sibi contradixit. Alter ut Auenzoar uocat dicentes more Galienistarum nouos, idest rudes & habere tantum ratio

nes sophysticas, & q ad sic operantes sequit mors que omnia grauant honorem .G. & sequacium, ideo recen fere istorum dicta non curo pro nunc.

Capi.xix. in quo ponitur opinio Doct.Cla. ad principale quesitum.

EXpedito autem opinionũ examine, ut uisum est Doct.Cla. modo suam tute ponit opinionẽ, que in una firmat conclusione, quam octo pbat rationibus, conclusio est ista. In pleuresi stante plenitudine sanguinis a principio apostematis fiẽda est phlobotomia a basilica eiusdem lateris & non ab opposita, ut Rasis, & Serapio, & Auenzoar, & Azarauius, & Aliabas, & Auerrois. Minus a Saphena unius Diametri, ut Auic. Minus a Saphena duaq; Diametroq; ut Mesue.

Capi.xx. in quo ponunt octo rationes Doc. Cla. ad eius opinionem.

ARguit igit primo sic, ita procedendũ in pleuresi dextri lateris, sicut i apostemate epatis, sed in apostemate epatis a principio cõuenit phlobotomia dextri lateris, ut a basilica dextra, & nõ ab opposita, ergo similiter agendum in pleuresi, minorẽ habet pro manifesta, & pro cõfessa fere ab omnibus, ideo eam non probat, maiorem pbat. s. q ita procedẽdum in pleuresi, sicut in apostemate epatis, &c. d. q patet hoc quia non potest assignari ratio diuersitatis, quare aliter

debeamus operari in pleuresi, q̃ in isto, apostemate epa
tis, si non est ratio diuersa que ad diuersum modũ ope
randi nos moueat, si ergo utrobiq; est eadem ratio eo-
dẽ modo utrobiq; fiet & operatio, cum igiť in casu no
stro eadem sit ratio, & in apostemate epatis, & in pleu
resi, ergo eodem modo operandum. Sed nicolus uideť
negare maiorem. Quoniam ipse tenet q̃ in pleuresi sit
phlobotomandum ab opposito, & in apostemate epa-
tis q̃ ab eodem latere, & .d. q̃ hoc est quia alia est ra/
tio in pleuresi, & alia in Apostemate epatis, & ratio/
nẽ diuersitatis assignat, quia uehemẽtius attrahiť ma/
teria, a toto corpore ad apostema epatis, q̃ trahať a to-
to corpore ad apostema pleureticum: secũdam rationẽ
diuersitatis assignat nicolus ratione distantie. s. q̃ debe
mus, phlobotomare in pleuresi ab opposito latere: qa
est minor distantia a loco apostematis in pleuresi, q̃ sit
in loco apostematis epatis, si in apostemate epatis fie-
ret phlobotomia a loco opposito, ita q̃ nicolus uult cũ
tota sua famositate: q̃ tollerať phlobotomia opposita
in pleuresi: qa ẽ minor distãtia a loco sui apostematis,
q̃ sit distãtia si fieret opposita in apostemate epatis.
¶ Contra istas duas causas optime instat Doct. Cla.
& in hoc est laudãdus: nam si fortior attractio facit, ut
phlobotomia debeat fieri ab eodem latere, magis pro/
pter hoc deberet fieri in pleuresi, ubi est maior attractio
ratione doloris maioris, & caliditatis ꝑpter uicinitatẽ
cordis: Arguit & contra secundam causam quia ubi sit pleu
resis in costis dextris propinquis epati esset non minus
eadem distantia sic Doc. Cla. Et q̃tũ ad hoc qm̃ ego sũ
cum Doct.

cum Doct.Cla.ideo uolo cõfirmare dicta eius, nã in ue ritate eadem est ratio, & in pleuresi, & apostemate epa tis, & nulla est penitus diuersitas, ut ꝓbabo infra, & si utrobiq; ratio est eadem, necessario sequit̃ utrobiq; idẽ operandi modus. Nã principiũ omnium operationũ animalium est cor aut cerebrum, dicamus pro nunc cũ Arist.ꝙ sit cor, non mouet autem cor nisi p̃cedat ratio faciens mouere, deinde cor mouet iuncturas paruas & de paruis ad maiores usq; ad mẽbra exteriora sicut in chilindro, ut.d.Arist.in libro de motibus Animal.Ra dix ergo mouendi & operãdi est ratio in corde que est ratio uel syllogismus praticus, cuius cõclusio est opus ut ibi.d.Arist.Si ergo utrobiq; est eadem ratio eodem modo utrobiq; fiet operatio, cum igit̃ in casu nostro eadem sit ratio & in apostemate epatis & in pleuresi, er go eodem modo operandum, mirandum est de nico. ꝙ ita friuola adduxerit, habet enim pro inconuenienti ni colus illud qd̃ est necessariũ.s.ꝙ nos debeamus omitte re a principio phlobotomias ubi sit distantia, nam di/ stantia non tollit phlobotomias principii bene tolleret phlobotomias finis qui principio opponit̃.Sic.n.tem/ pus post statum, atq; uersus finem nõ expetit phlobo/ tomias distantes tempus oppositum.s. principii eas re quirit quia oppositorum opposite sunt rationes & pro prietates, ideo Aui. & Mesue, currunt festinãter ad Sa/ phenas, ratio ergo prima stat in suo robore.

¶ Secunda Doc.Cla.ratio ad suam conclusionem est quia omnes cõueniunt ꝙ quando materia est tota flu/ xa, uel quasi tota, tunc phlobotomãdum est ab eodem

latere. Modo sic sed in principio pleuresis est fluxa qua si tota in apostemata, ergo a principio pleuresis fienda est phlobotomia eiusdem lateris, maiorẽ supponit, con fessu omnium, minorem probat p. G. in tractatu de tu moribus preter naturam cap. ii. & tractatu de inequali discrasia, & tertio the. Vbi. d. ꝙ oportet ꝙ repleant̃ ue ne magne. Deinde minores usq; ad capillares, & cũ oẽs sint replete exeunt materie uenas & extendunt mẽbrũ, & causant apostema, ergo in principio apostematis ue ne sunt replete, & consequenter materia a principio est fluxa, ex modo generationis apostematis, ergo oportet a principio phlobotomare ab eodem latere. Nec ualet dicere ꝙ licet a principio maior pars sit fluxa, ẽ & alia fluxura, ideo ut ꝓhibeat̃ materia fluxura oportet phlo botomare ex opposito. Hoc non potest dici quia ma gis est attendendum ei quod prohibet augumentum apostematis & doloris q̃ distractioni materie fluxure: sed talis est materia uicina apostemati iam fluxa, que est magis apta efficere illa duo. s. augere dolorẽ, & apo stema q̃ materia fluxura, sed hoc fit p phlobotomiam eiusdem lateris, que extrahit materiã fluxã, sicut phlo botomia opposita extrahit fluxuram, ergo &c.

¶ Tertia ratio Doct. Clar. est, quia medicus imitatur naturam, sed natura nunq̃ euacuat per oppositam par tem, ergo nec medicus debet euacuare per oppositũ: ma ior patet & minorem probat p. G. in tractatu de phlo botomia, & secũdo de Crisi, Nec ualet dicere ꝙ natura nõ euacuat per oppositam partem quando materia est digesta, sed ante digestionem uti cõtingit in principio,

bene potest aliter esse, nos autem loquimur, anteq̄ materia sit digesta sicut est in principio. Hoc non pōt dici qm̄ esse digestum, uel indigestum nihil facit ad hoc quod natura debeat diuersificare latus euacuationis, nā semper natura uidet̄ euacuare p id latus ad quod declinat materia, nunquam aūt p oppositum, solum faciūt digestio & indigestio ad completam uel incompletam euacuationem, non ad uarietatem lateris a quo sit fienda ipsa euacuatio.

¶ Quarta Doc.Cla.ratio fundata in sensu quia cōmuniter tenet̄ a principio sit fienda phlobotomia opposita quia plus diuertit, sed hoc est falsum ut sensu probat̄, cum magis que est eiusdem lateris diuertat, ergo poti⁹ a principio fienda est que eiusdem est lateris, sit.n. fons magnus a quo oriunt̄ riuuli a dextro & sinistro supponat̄ ulterius q̄ Riuuli partis dextre sint ualde repleti adeo q̄ sit intentio nostra euacuandi & diuertendi p riuulos dextros, & facere ut aqua fluēs retrocedat, modo patet q̄ ad hoc agendum si fons euacuat̄ per riuulos dextros q̄ deficiente aqua in fōte q̄ citius aqua in riuulis dextris retrocedet in fontem, q̄ si euacuares p riuulos sinistros non enim eq̄ cito aqua in riuis dextris retrocedet in fontem, sicut per eductionem riuulorum dextrorum, nā eo casu quo p riuulos sinistros euacuares non faceres riuulos dextros retrocedere in fontem, sed per sinistros sinistri retrocedent in fontem, sed p casum in riuulis sinistris non est plenitudo, euacuāda ergo non existēte plenitudine, in sinistris non debeo querere euacuationem illorum, sed bene debeo facere riuos

dextros retrocedere in fontē p eductionem illoꝝ, modo fons est uena chilis ſm.G.a quo oriunť riuuli .s. uene cum ergo in pleuresi dextra, uene dextre sunt magis re plete, ergo debeo euacuare illas ut cito uene ille retroce dant in fontem & uenam chilim, quod non fieret p eua cuationem uenarum oppositarum mouendo enim fon tem per latus dextrū sanguis existens in latere dextro melius & citius retrocedet in fontem q̄ eum mouēdo, ex opposito, &.d.ꝙ hoc patet in figura.

¶Quinta Doc.ratio, ꝙ quandocūq; materia fluit ad aliquod latꝰ ut apostema faciat ei magis cōuenit phlo botomia eiusdem lateris q̄ oppositi, sed cū materia, cur rit ad apostema ut plurimum currit per idem latus er/ go fiēda est ut plurimū phlobotomia illius lateris ma gis q̄ oppositi, maior ꝓbať quia descendēte materia, p latus dextrum si uolumus, intercipere illum descēsum oportet phlobotomare, ſm id latus quia sic impeditur fluxus, materie ut patet, in priori ꝓbatione quia phlo/ botomia eiusdem lateris facit sanguinem reuocari ci/ tius ad chilim q̄ faciat opposita minorem sensu, ꝓbat nam cum materia fluit a capite ad costas dextras ma/ nifeste fluit p latus dextrum. Ratione quoq; ꝓbatur quia si ex opposito flueret materia, sequereť ꝙ debilia transmitterent ad fortia, qa parue uene opposite prius retrocederent in chilim anteq̄ ingredereń uenas late/ ris lesi, & sic ille uene debiles capillares transmitterent ad uenam mag nam & fortem, sicut ad chilim anteq̄ ad capillares dext ras mitterent.

¶Sexta docto. ratio que non differt a prima, nisi ꝙ addit

addit de apostemate capitis, & stomaci aut pendet ui/tio scriptoris, nam.d.fm. G. ex cõmuni cõsensu in apostemate epatis stomaci capitis phlobotomiam debere fieri ab eodẽ latere, & nõ opposito, ergo a simili in pleuresi, quia nõ est ratio diuersitatis, & hic potuisset Doct. Cla. dicere contra nicolum ꝙ non cadit in his, illa ratio diuersitatis quam supra adduxit cũ duabus causis in apostemate epatis.

¶ Septima quoqꝫ Doct. ratio, undecunqꝫ natura reperit &c. Ista ratio non differt a.iii. de quo mirum, ꝙ totiens idem repetat.

¶ Octaua Doct. Clari. ratio est ꝙ intentio, nature est plus euacuare a membro leso q̃ ab aliis, sed ꝑ phlobotomiam oppositam plus euacuat̃ ab aliis q̃ a membro leso, & ꝑ illam que est eiusdem lateris plus euacuat̃ a membro leso, ergo &c. maior patet, & minorem probat ꝑ.G.fo reg.ac. ¶ Et iste sũt sue potiores rationes, quarum unaqueqꝫ ita se habet ꝙ uel maior probat̃ ꝑ.G. & minor ꝑ patet, uel e contra, ꝙ maior ꝓbat̃ ꝑ patet, & minor ꝑ.G. aliam uim non habent iste sue rationes.

Capi.xxi.in quo modo Doct.Cla. Respondet rationibus post oppositum, & primo ad primam.

QVoniam non sufficit habere arma ad offendẽdum, sed oportet & illis indui quibus q/libet se defendere possit, ideo Doct. Cla. Modo intendit se defendere ab illatis contra eum, ideo respondet quinqꝫ argumentis in parte argumentatiua

adductis post oppositũ, que contra Doc. a doctissimis obiecta uiris fuere. Ad primum cum dicit ex sentẽtia Auer. G. sibi contradicere, cum uelit. iiii. de ingenio, & ſo de feb. ad Glauco. phlobotomiam a principio debere fieri ab eodem latere, & in lib. de antispasi aliisq; locis diuersiones ad oppositum fieri, respondet Doct. Cl. chimeram esse imaginari. G. uoluisse p illam regulam uniuersalem in libro de antispasi omnes modos diuersionis fieri collectiue, in omni apostemate. s. & cũ phlobotomia, & cum aliis diuertentibus, puta uentosis ligaturis &c. Ita q̄ ista omnia diuertere habeant, & quia non uult transire sicco pede Doct. Cla. hoc probat quia dato isto sequeret. d. ipse q̄ ſm. G. q̄ phlobotomia fiẽda esset ex opposito, cum tamen dicat. G. xiii. de ingenio, incipiente epate phlegmonizare incidẽda est uena cubiti dextri. Secundo sequeret q̄ in pleuresi fiende essent quattuor phlobotomie, cũ tamen aliqua ẽ pleuresis in qua nulla cõuenit phlobotomia, sed sufficit sola farmacia ſm Hyppo. &. G. & potuisset dicere Doct. Cla. & ſm Auic. Si non esset de Auic. tedio affectus. Deinde Doct. introducit quasdam inuolutiones, uel est uicio scriptoris. Et. d. q̄ ex dictis non infert consequens uniuersale sed particulare, & ut in pluribꝰ. s. q̄ aliqua materia, que fluit ad dextrum trahenda est in sinistrũ, non omnis materia que fluit ad dextrũ. Deinde impugnat hoc quoniam sequeret q̄ sensus esset q̄ materia fluente ad intra a pari trahenda esset ad extra, & sic sequeretur q̄ in omni apostemate intrinseco ponẽda esset uentosa supra locum ad extrahendam materiam fluentem

trahenda sit ad sinistr
aut q.

ad locum, quod non conuenit &c.

Capi.xxii.in quo rephenditꝰ responsio Doc. Cla.ad primum argumentum.

HIc uidere meo q̃ plura adsunt errores iudicent legentes qui me longe sunt eruditiores, quod dicat Chimeram esse credere .G. uoluisse oẽs modos diuersionis, & cum fricationibus, & aliis & ẽt cum phlobotomia. Dico ꝙ chimera est credere opposi tum, nisi dicamus quod dicebat insusa quedam mulier ꝙ quidam medicus eadem die uni dederat egro. Vnũ digestiuũ, unum enema, unum manuschristũ, & unũ cordiale, admirabaturq; naturã tot posse sustinere. Di/co autem ꝙ medicina est ars rationalis que non deficit in necessariis nec abundat in supfluis. Ponit enim ingenia omnia quibus (ut expedit) artifices uti ualeant, & multis & paucioribus ẜm intensionem ac morbi re missionem, & in quibus unum sufficit uno nõ aliis, & si non sufficeret utatur pluribus: uerbi gr̃a, si stat intentio diuertendi ars cõplete dat omnia ingenia diuertenda. Si uero est intentio euacuãdi dat omnia ingenia euacuandi, & sic de aliis non ꝙ uelit indifferẽter. Cuiq; egro omnia ingenia administrari, sed hoc relinquit iu/dicio extimatiuo medici, qui utatꝰ multis, & paucis ẜm indigentiam iuxta gradus morbi ac uirtutis tenorem, que igitꝰ chimera est ~~prima~~, eo id magis quando reme/dia in una cõmunicant intentione nec sunt inuicem pu gnantia, Bene chimera uidetꝰ quod a Doc.Cla. propo/ ista

niť a principio.ſ.diuerſiones facere, cum uentoſis liga/ turis friccationibus, & in eodẽ principio phlobotoma/ re, ab eadem apoſtematis parte, ſic & enim uentoſe fri/ cationes ad ſiniſtrum puta trahent latus, & phloboto mia, que fit a loco dolente trahit ad dextrum, ergo mo/ bile, in principio mouebiť motibus oppoſitis .ſ.in ſini ſtrum & in dextrum, quantum hoc ſit cum ſapientia & arte, iudicent legentes. Non igitur hic uideo chime/ ram ꝙ ubi magna ſit indigentia in grandi apoſtemate futuro, ꝙ utamur diuerſionibus cum ligaturis frica/ tionibus uentoſis enematibus, & phlobotomia oppoſi ta, & nos ſic operantes pene innumerabiles in ſanita/ tem reſtituimus dei ac uirginis beate patrocinio. Ad ar gumenta modo Doct.Cla.hic quoniam de reſponſali argumentor effectus eſt quãdo.d.ſequereť contra .G. qm̄ ſequereť ꝙ ſm eum fienda foret a principio phlo/ botomia oppoſita, cum tamen.xiii.de ingenio.d.oppo ſitum, ad hoc dico ꝙ ſi nõ eſt crimen leſe maieſtatis ꝙ Galenus ut.d.Auer.ſibi cõtradicit, & hoc eſt quod pe/ tebat argumentum, quia Do. ducit ad unum quod ha bet pro inconuenienti, & argumentũ ducit ad illud uti ad neceſſarium, tractatu.n.de antiſpaſi allegato, & in li bro de phlobotomia facit regulas uniuerſales ꝙ fienda eſt diuerſio ab oppoſitũ, & cum phlobotomiis ut patet xiii.de ingenio, de aure, de brachio, de ſquinantia, de ge nu, de manu, in quibus.d.ꝙ fienda eſt diuerſio, cũ phlo botomia oppoſita, & non contentus hoc rationem ad/ ducit, quare non ab eadem fienda ſit parte, & dicit quia ab eadem parte trahit materiam ad locum. O galieni/

ſte duris

ste duris auribus non opponatis obicem. Nec mirum sit ꝙ sequat᷑ unum consequens ex Gal. qđ sit cõtra. G. nã ut dicũt logici ex antecedẽte claudente cõtradictionem, sequit᷑ utrũq; ex duobus contradictoriis, sequit᷑ ergo ex. G. ꝙ in principio fiẽda est phlobotomia ab eodem latere. Et sequitur etiã ꝙ nõ est fienda a principio phlobotomia ab eodem latere. Nec hoc est extra consuetudinem. G. sibi cõtradicere: & qui se de hoc certificare cupit legat Rabi moysen in. xxv. particula ubi adducit multa loca in quibus. G. sibi contradicit, & ꝙ peius est multa obloquit᷑ de. G. Rab. moy. ut dicã infra ad secũdum ipsius motiuũ, cum. d. sequeret᷑ ꝙ in pleuresi fiende essent quattuor phlobotomie non declarat sequellam. Sed esto in materia multa quod inconueniẽs esset hoc, cum non possumus sanare cum uno remedio sanemus cum duobus, aut tribus, aut pluribus etiam phlobotomiis, & hoc in suppositione accõmodata. s. in quibus conueniunt puta ubi materia sit sanguis, uel mista sanguini, quia ubi esset penitus aliena nulla conueniret per se. Sed farmacũ conueniret, ut dicũt Hyppo. & . G. & sine rubore addamus Auicẽ. quoniam ab his in hoc nõ discordat. Ad tertium quando. d. sequeret᷑ ꝙ in omni apostemate intrinseco ponenda sit uentosa supra locum, hoc est mirabile, & nego ꝙ sequatur ẜm nostram opinionem, que. d. ꝙ a principio debemus repellere materias, & illas a loco distrahere, & dimittere omnia attrahendia, & conuertentia materias uersus apostema, de quorum numero eẽt uentosa supra locũ, bene hoc sequitur ẜm Doc. Cla. nam sicut in principio

facit phlobotomiam conuersiuã in eodẽ latere, eodẽmo do sequeretur ꝗ possit facere uẽtosam uti faciunt uulgares in principio. Cuiuscunq; doloris sequitur enim ex fundamentis Doct. Clari. qui. d. ꝗ uult imitari naturam, esto ꝗ syntomatice opetur, & etiam uult facere reptum quo repit natura, ~~quia~~ argumentum primum non est solutum a Doct. Cla.

qr
1

Cap. xxiii. in quo Do. Cl. respõdet ad 2m argumẽtum.

AD 2m principale argumentum Doct. Cla. respondet, cũ. d. 2m. G. ꝗ a principio fluxus materia est diuertenda, sed cum de nouo iam fluxit est deriuanda, cum uero longo iam tempore est euacuanda &c. Respõdet Do. Cl. & arrectis expurgatisq; auribus audite queso. d. ꝗ capiẽdo apostema inqtum. apostema fiens sub illo cõmuni sic abstracte in tali cõmuni primo oportet diuertere, & quod futurum est ꝓhibere, antequam quod factum est remoueatur. Et antequam Doct. Cla. declaret responsionẽ festinanter. d. alii non intellexerũt. G. & ego credo quoniam relatum est per apostolos suos quod per annos xiiii. reuoluit totum. G. ut huic questioni solida adinueniret fundamẽta. Deinde. d. ꝗ propter certum situm oportet simul & semel diuertere & euacuare, sed stãdo in illo cõmuni ac uniuersali inquãtũ apostema sic prius conuenit diuersio, q̃ euacuatio, sed descẽdendo ad particularia apostemata in particularibus membris negat Doct. Clar. ꝗ prius conueniat diuersio, q̃ euacuatio, & sic nõ prius est

phlobotomía diuerſiua, q̄ euacuatiua, potuiſſet Doct. loquí per termínos ſcotiſtarum.ſ. ꝙ in inſtantibus na ture prior eſt phlobotomia diuerſiua, q̄ ſit euacuatiua, ſed in inſtantibus temporis non prior eſt diuerſiua, q̄ euacuatiua, quía eſt ſimultas temporis non nature, & hoc in aliquibus. Ad ꝓpoſitum modo in pleureſi phlo botomía diuerſiua, non prior eſt euacuatiua, quãuis ſit prior in inſtanti nature, & ſub illo communi licet non ita ſit in apoſtematibus oculi gule & matricis, quoniã in iſtis bene prius natura, & tempore oportet diuertere cum phlobotomia, & poſt euacuare cũ phlobotomia. Et ne doct. Cla. uideat ioco iſta dicere adducit rationẽ ſupra hoc adducentem unam legittimã cauſam, uide/ licet ꝙ ideo medicus diuertit per brachium a matrice, cauſa eſt quia medicus in eo caſu certus eſt ꝙ materia factura apoſtema matricis ueniat ab inferioribus, ideo poteſt liber phlobotomare ab oppoſito, ac diuertere eo dem modo in oculo & faucibus, quia certus eſt ꝙ ma/ teria ueniat a ſuperioribus, ideo tute & ſcienter poteſt primo diuertere deinde euacuare, ſed i pleureſi ubi apo ſtema eſt in medio medicus eſt incertus a quo loco ue/ niat materia factura apoſtema, & iſta eſt cauſa ſm Do ct. Cla. quia oportet ſimul & ſemel euacuare & diuer/ tere. Radix ergo curandi iſto modo eſt ignorantia, Et utinã non ſit ignorantia craſſa, que non excuſaret a pec cato. Poſt concludit quod eſt negandum ꝙ in pleureſi phlobotomia diuerſiua ſit prior euacuatiua, niſi in illo communi, neſcio ſi iſta cauſa collecta ſit in centro ua/ ſti uoluminis Galieni.

Capi.xxiiii. In quo reprehendit responsio Doct. Cla. ad 2m argumentum.

SAlua semper reuerentia tanti Doct. quem magnifico, ppter assiduos eius labores, uidem9 & enim bonum ipsius affectum, mihi uidetur q; in ista solutione q; quot sunt uerba tot sunt falsa. In primis, ut uisum est respōsio est subtilissima, & tota est metaphisicalis, ex quo non mirum si medici ista non intellexere artifices sensitiui grossiq; cum sint, stat enim in abstractis a materia. Et ni fallor ista est idea apostematis seu uniuersale platonis, quod deridet Arist. primo de anima, dicens q; uniuersale aut nihil est aut posterius. Sed ex sententia perspicui Speculatoris Petri trapolini artifices huius artis res tales e suis expellere mentibus tenent, cum medicina sit de immersis in materia & quandoq; feculenta & turpi, debemus igitur considerare de illis apostematib9 circa que facit medicus, actiones fiūt autem circa singularia, ut Arist. primo metaphysice, & secundo ethy. capi. vii. ubi. d. q; sermones uniuersales sunt innaniores, sed particulares sunt ueriores, nam circa singularia fiunt operationes, & presertim exemplificando de medico Arist. primo ethicorum capi. vii. dicit medicus nō intendit sanitatem hominis, sed huius hominis, nec egri habent apostemata in uniuersali, quare loquendum est de apostematibus contra actis ad particularia subiecta, nō in cōmuni. Quo uero ad id quod .d. q; in pleuresi oportet specialiter diuertere, & euacuare simul

re ſimul,pro nunc pertranſeo. Sed infra patebit, ꝙ eſt purum figmẽtum,ut oſtẽdam,nolo nũc inſiſtere,quoniam in quarta concluſione noſtra oſtẽdam huius rei ſolertiam in puram uanitatẽ euadere. Quantum uero ad cauſam quã adducit,quia in pleureſi ſpecialiter oportet diuertere,& euacuare ſimul a principio,nõ ſic autem in matrice,& oculo,& faucibus,propter ignorantiam &c.Hec reſponſio dehoneſtat artẽ,attribuere hoc ignorantie. Ego non parum deſideraſſem,ut ſupra hoc aliquam adduxiſſet rationem,uel autorem ſic dicentẽ. At ego in eadem concluſione noſtra quarta, declarabo ꝙ immo medicus tantam habet certitudinem de loco materie in apoſtemate,per uiam defluxus genito,quãta requiritur,pro diuerſione fienda in pleureſi, conſonẽ loquendo radicibus phyloſophie,& uerbis Auic.aliorumq; grauiſſimorum medicorum.Preterea in apoſtematibus dictis ut oculi,& faucum,&c. quomodo eſt ita certus Doct.Cla.ꝙ ueniat materia a ſuperioribus, & non ab inferioribus,ut ab epate & aliis membris,& ita dico de aliis apoſtematibus. Preterea Doct. in hoc ſibi contradicit,hic enim negat certitudinem loci a quo moueatur materia pleureſis,& in quinta eius ratione, affirmat certitudinem materie pleureſis dextre prouenire a coſtis dextris,&.d.ꝙ medicus debet euacuare,& motum ſiſtere per id latus. Preterea quomodo ualet iſta conſequẽtia ignoramus,ꝑciſe locũ a quo fluit materia,ergo propter iſtamcauſam debemus in pleureſi phlobotomare ab eodẽ & non ab oppoſito.Potius ſequitur aliud conſequens.ſ.quia ignoras a quo loco,

ueniat apostematis materia, ergo nullomodo phlobotomādum, ut fecit Hypp. in anxio pleuretico nō phlobotomato in principio, sed tantum in octaua post fluxum materie. Minus enim malum est hoc, nam esto q maior materie portio fluat ad apostema ob dimissam phlobotomiam diuersiuam, nō tamen currit tanta quāta curreret per incongruam phlobotomiam einsdem lateris in principio factam. Nam facta uena ꝗ circa apostema inanitione ad latus illud uehementior fit attractio, quia rectius est, si stat ignorantia loci materie, q non debeat fieri operatio, nam ut supra dixi de intentione Arist. in lib. de motibus Animalium, Radix mouēdi & operandi quecunq; operatio sit illa, est ratio facta in corde prius, deinde cor mouet. Quomodo ergo ignorando ac nō habendo rationem, possum me mouere ad hoc, uel illud latus est impossibile, etiam fatui prius faciunt rationem in corde licet fatuam, quare ista nō sūt dicenda. Ego libenter sentirem responsionem a Claris. Doct. uel a quodam suo scolari. Nā nō dedignor amoris ueritate etiam a scolaribus, immo a uetulis notitiā acquirere uti fecere. G. & Auic. Preterea. d. q nescit a quo loco, ueniat materia, nam potest uenire & a dextra, & a sinistra, ponat igitur tanq possibile. Quod p me non solum est possibile contingens, sed est possibile altum, quod est cōmune ad necessarium, q. s. proueniat a parte opposita in apostemate p uiā defluxus genito, ut infra declarabit, modo eo casu phlobotomādo semper ab eodem, non diuertis, & sic omittis unum necessarium ex regulis. G. tui, ppter ignorantiā loci, sed

quod peius, conuertis qui est error dupli.s.non diuertere, sed conuertere.

Capi.xxv.in quo Doct. Cla. respondet ad tertiã rõnẽ.

AD tertiam etiam rationem Doct.Cla.respondet, que est ꝙ in pleuresi fit diuersio in principio fluente materia, sed diuersio est ad partes remotas &c.Respondet tripliciter primo, ꝙ certũ est ꝙ fluente materia, diuersio, fienda est, sed diuersio; pluribus fit modis.s.uẽtosis, ligaturis &c. & etiã phlobotomia.Modo.d.ꝙ utiq; in pleuresi fienda est diuersio, sed non cum phlobotomia, ꝑpter incertitudinẽ loci, ideo ab eodem fienda est latere phlobotomiam. Et hec est prima responsio.

Capi.xxvi.in quo reprehenditur prima respõsio ad tertium argumentum, deinde adducuntur alie .ii. responsiones que similiter reprehenduntur.

QVantum ista responsio falsa sit, patet ex antedictis, quia concedit prelium remediorum inuicem pugnantium, sic enim mobile mouebitur motibus oppositis, quod est extra artem & sapiẽtiam. Preterea iste doctor de familia.G.nõ seruat mandata.G.qui precipit diuersionem fiendam etiam cum phlobotomia, puta phlegmonizantibus aure. manu, genu, & faucibus, si ergo hoc fiendum in ignobilibus, a fortiori in nobilioribus indigentibus maiori custodia

ac remediorum copia, Quare prima responsio, ut patet nulla est. ¶ Secundo itaq; respondet & est respósio prime opposita. Quod utiq; diuersio debet fieri in pleuresi & etiam cũ phlobotomia, & etiam ad partes remotas, sed hoc intelligit̃. d. ipse, una seruata conditione, ꝙ possit materia, educi per illas partes remotas, uerbi gratia per Saphenas, sed negat ꝙ in pleuresi possit eius materia, conduci per Saphenas, ergo non põt fieri diuersio in pleuresi per loca remota. Est dicere ꝙ fienda est diuersio, in pleuresi, etiam per Saphenas, si habilis esset materia, conduci per illam uiã, sed quia nõ est habilis, ideo non fienda est diuersio. ¶ Falsitas istius responsionis patet ex multis, in primis non dextruit nisi phlobotomiam Saphenarum & nos intendimus phlobotomias oppositas, siue a brachio, siue a pede. Secundo est falsũ, ꝙ per phlobotomiam Saphenarũ non possit educi materia, & maxime illa que querit̃ a principio, cum experientia uisum sit frequenter, multos fuisse sanatos cum phlobotomia Saphene sola: cũ sit festini, & sublimis iuuamenti. Sanitas autem non fit, nisi p remotionẽ cause, ergo si phlobotomia Saphene põt sanare pleuresĩ, ergo potest causam pleuresis remouere. Pro isto uidenda sunt que sunt in examine Auic. ¶ Ideo dat tertiam responsionem. s. ꝙ quando Hypp. d. in libro de humana natura, ꝙ diuersio debet fieri ad partes remotas, intelligit̃ ẽm. G. antequam fluit materia, non quando fluit nec post fluxum, ista est peior aliis, habet contra se rationes autoritates, & quotidianam experientiam, ut patebit in nostris conclusionibus.

Cap. xxvii.

Capi.xxvii.in quo Doct. respondet ad.iiii.argumētū.

Respondet quoq; ad quartam rationem Doct. Cla.que erat. q̄ Hyppo. iubet phlobotomiā fieri ab eodem quādo est fluxa materia.ut patet de tempore in quo fecit eam, in quo iam compleuerit materia, ergo ante id tempus fienda non ab eodem. Respondet Doct. & primo facit unam inuolutionem de expositione Hyppo.deinde dicit illud quod iam dixerat, q̄ a principio apostematis, materia est tota fluxa, ideo phlobotomandum est ab eodem latere. Sed quia hoc supra impugnaui, ideo omitto.

Capi.xxviii. in quo Doct. Cla. respondet ad.v.argu.

Ultimo respondet ad quintam rationem, que erat q̄ secundum.G.secundo de feb.ad Glauco.q̄ reumatizante materia ad genu in principio fluxus oportet diuertere &c. Respondet Doct. q̄ ea auctoritas est falsa.

Capi.xxix.in quo reprehenditur responsio ad.v.argu.

Sed ista solutio est suspecta.quoniam.xiii.de ingenio in squinātia, in manu, in matrice, laudat phlobotomiam diuersiuam, ex quo loco potest notari secundum.G.q̄ sicut phlobotomia de manu opposita potest educere materiam, que erat in manu oppositta ita phlobotomia sinistra potest educere materiam ple

uresis dextre, maxime stante illo uero fundamento q; uene sunt unum continuum.

Capi.xxx. in quo Doct. epilogat reprehendendo Modernos.

IMponit deniq; Doct.Cla.finem huic questioni tã diu elaborate, duobus prius annotatis.s.q; opinionis sue non erit firmata fides, nisi perueniatur ad experimenta quibus proterui suam paccabunt animã. Secundo dicit hec dicta sunt secundum.G.de pleuresi, quoniam de aliis apostematibus non est dicendum, q; phlobotomia fienda sit ab eodem latere, deinde se conuertit ad modernos ipsos mulctando, quoniam in omnibus etiam in passionibus capitis phlobotomant ab opposito, quod est contra.G. & est mors egrorum, qui cum egrotant in uno latere, faciunt illos egrotare in duobus. Et ideo errant ipsi & sui sequaces.

Capi.xxxi. in quo excusantur moderni.

DIco pro modernis, illos excusando, q; insecuti sunt rationalem Scolam Auicenne, qui ita precipit, & hi quieuere experimentis & inductionibus per Auicennam factis. Quoniam ad experimentorum uerificationem, plura requiruntur, ut secundo Cano. & a.G.secundo de simp.medic. distin.ii.cap.vi. & distin.iii.cap.primo. Non enim delata est facultas iudicandi effectum ab experimento prouenisse apud unumquéq;.

unumquęq; cum ab eo frequenter proueniat per acci/dens, ideo capitulo de quartana dicit Auicen. multos fuisse sanatos ab errore. Et ita puto sanari illos qui in plenitudine phlobotomantur a principio ab eodem latere, nauis enim sua e syrtibus e scopulis exiuit, & sanantur sicut caupona his diebus post haustum.vi.cie/torum falerni quos assumpsit in principio loco phlo/botomie eiusdem lateris, & fuit sanata a meo consotio magistro Vicentio Bocitio cum multis phlobotomiis diuersiuis & subtilissima dieta. Si ergo precessit ille potus uini, & in principio, & fuit sanata, non tamen talis potus fuit causa salutis, ut patet, saluantur & illi pari/ter sed longe plures moriuntur q̄ saluentur. Non igi/tur facultas iudicandi, que peritia ab Aristo. primo de partibus uocatur, est unicuiq; concessa, sed dūtaxat studiosis summeq; eruditis attribuitur, ut primo ethico. cap.xi.

SECTIO TERTIA.

Capitulum primum in quo ponuntur.vi.sup/posita pro opinione nostra.



IS itaq; uisis responsionibus, quas Doc. Cla. dat obiectis post oppositū atq; re/pulsis, restaret modo soluere illas octo ra/tiones, quas Doct. adduxit pro eius opi/nione, sed anteq̄ ad hoc perueniam, que/dam intendo premittere supposita, deinde quasdam conclusiones nostram declarantes opinionē adducam.

Ex quibus deinde facilis apparebit obiectorũ solutio.

¶ Primum suppositum pro huius negocii intelligentia dico. ꝙ natura quandoq; male operatur & peccat propter contingentias quarum radix aut est uoluntas aut materie repugnãtia, propter inhabilitates in ea existentes, quare quandoq; male operatur, in suisq; conficiendis operibus errat. Quod si non erraret, monstra non acciderent. Suppositum est uerissimum. secundum Arist. ii. phy. textu cõmenti. lxxxii. ubi dicit. ꝙ monstra accidunt errore nature, sicut in arte &. xii. meth. cõmen. xiii. &. vi. ethicorum, & secũdum alios physicos, & sensu indies certificamur, immo ut supra dixi secundum Aristo. x. proble. que praua deffectuosaq; sunt, illa magis sunt secundum naturam, immo que bona facit natura, primo praua sunt, & Arist. eam probat in naturalibus, & artificiatis.

¶ Secundo supponitur, ꝙ a pluribus causis peccatum nature prouenire potest, aut deffectu materie, aut excessu, unde natura facit quedã superflua, aut expellit irritata, siue a multitudine, siue a malitia. Aut quia intendit bonum, sed non bono modo, quia non respectu loci, temporis, & quantitatis, ut cum natura uult succurrere alicui languenti membro, & transmittit quod non debet, aut quando non debet, aut plusq̃ conueniat loco, & tempore.

¶ Tertio supponitur, ꝙ medicus diuersimode se habet ad operationes nature, quando est uti iudex tantum, ad ipsumq; de actionibus nature contra morbum defertur. Iudicium nihil agens medicus, cum natura sufficienter

ficiēter agat, ut in hora crisis, iuxta aphorismum prime particule Hyppo. Ea quorum crisis fit &c. & tanto magis quando ipsa sufficienter agit, iuxta illud. G. natura nō eget medicaminis auxilio nisi cum aucto morbo ei dominari nequierit. Quandoq; uero medicus adiuuat naturam, quando natura a materia morbi est ualde obsessa, & tunc laborantem naturam alleuiat minoratione quadam alleuiante, iuxta illud Auic. iiii. primi. ibi. Et dicemus, q in egritudinibus in quibus est timor, si non a principio euacuauerimus, aut alleuiauerimus &c. Tunc enim dicitur medicus adiutor, & non impediens eam, ut prima. iiii. Quandoq; uero ēst naturam corrigēs eiusq; actiones reprehendens omni conatu impedit aliquam eius operationem. Et hoc probatur in quocunq; genere medici inductiue, & primo in genere medici moralis, qui suadet temperatū regimen, passionesq; existentes (licet a natura non proueniant) nisi ueluti a seminario quodam, ut secundo ethico. corripit atq; refrenat. Ita agrorum plantarumq; medici in agrum per siccum peccantē, humorem inducunt, a peccante per humidum absumunt illum seminibus, aliisq; modis, curuatas plantas ad oppositum inclināt, atq; reflectunt, ut ad rectitudinē coaptent, & ita medicus corporis humani quandoq; corripit actiones insolentes nature ad contrarium se ei opponendo, modo ad oppositum conducendo, modo superfluum amputando, ut cum natura sextū fecerit digitū, diminutum augendo, obturatum aperiendo, nimis apertum constringendo, obliquum ad rectitudinem ducendo, quare his

casibus non nature factum immittatur, sed reprehēdit.
ℭ Quarto supponitur, ꝙ sicut medicus uarie se habet ad actiones nature ac consequenter uarie operatur, ita quoq; uariis utitur instrumentis, sicut facit & natura ipsa, nam ad uolādum fecit alas, ad natandum pinnas, & caudam, & ad motum progressiuū crura, & pedes, ideo medicus habet instrumentū euacuationis quo se opponit presentie materie peccantis, ut eam remoueat. Consimili modo habet instrumentū diuersionis quo se opponit motui & cursui materie indebito, ratione cuius modi indebiti, posset causare nocumentū, uel in complexione, uel compositione, ideo illum impedit motum, eum sistit, & ad oppositum conuertit, & pro ista intentione, habet uentosas, ligaturas, friccationes, phlobotomias, enemata, & quandoq; omnia ista sunt necessaria, quandoq; aliqua ex his sufficiunt.
ℭ Quinto supponitur, ꝙ diuersio & conuersio sunt relationes & probatur, quia illa sunt, quibus aliqua referuntur. s. illa quorum esse est ad aliud. Quod enim est diuersum est ab aliquo signato termino diuersum, aliter non esset diuersum, sicut uicinitas est relatio, qua uicinum refertur, nam uicinum est alicuius uicini uicinum, quod si remoueatur id cui erat uicinum, non est amplius uicinum. Similiter conuersio est relatio, quia quod est conuersum, est ad aliquem signatum terminū conuersum, sunt ergo ista relatiua, & sic conuersio & diuersio sunt relationes, que presupponunt fundamenta & terminos fundamentum diuersionis, uel conuersionis est potētia. uer. g. ad motū uersus terminum, uel a termino,

termino, in re que conuertitur, uel diuertitur, puta in sanguine, uel alio humore, que sunt subiecta fundamẽ torum, terminus est puta apostema, uel potentia in apostemate existens, ut ad ipsum conuertatur, uel diuertatur, & sic sunt relationes, uel saltim conotant relationes. Sunt quoq; diuersio & cõuersio relationes oppo site. Et probatur quia eorũ diffinitiones sunt opposite. Nam diuersio est a termino, & cõuersio est ad terminũ. ¶ Sexto supponitur, ꝙ omne apostema uel tale est per uiam paulatine congestionis, uel tale per uiam de fluxus, primum ut plurimum est a materia frigida, secundum ut plurimum a materia calida, uel a sanguine solo, uel a colera sola, uel a sanguine cum aliis, uel a co lera cum aliis.

Capitulum. ii. in quo ponuntur. vii. conclusiones pro opinione nostra.

His igitur iactis suppositis, sit prima conclusio ꝙ in corpore repleto in aduentu cuiuscũq; apostematis noliti, cuius totale studium nostrum st, ut non eueniant, quod dico propter apostemata desiderata in emunctoriis que adiuuamus ut eueniant. sed de nolitis, quibus studium impendimus ut non ueniant, a principio principiante repercutimus, ac repellimus materiam, claudimusq; uiam, ne materia factura apostema hostium apertum liberamq; uiam inueniat. Similiter alio illam d uertimus. Nos enim cõ ulto accipimus ac facimus que sunt uti media conue-

nientia & directa in finem electum & a nobis intentũ nam electio proprie est de fine, & consilium est de medíis ordinatis in talem finem, ut Aristo.ethi.iii.cap.vi. Quis enim fatuus negabit, ꝙ nollendo hostem in domo, ꝙ eum oportet repellere, & uiam ei claudere, & ad iter oppositum deriuare ac distrahere, ideo a principio utimur frigidis stipticis repellentibus, sicut enim calidi est attrahere, ita frigidi est repellere. Ratio autẽ quare calidum attrahat, & frigidum repellat infra uidebimus in quarta conclusione, utimur quoq; a principio diuertentibus alio. qui ergo a principio utitur calidis humidisq; laxum membrum reddẽtibus uiasq; aperit, inducendo in eo uacuitatem, prouocat hostem in domum, uoluntatiq; sue obicem ponit, cum enim aposte ma nollet, cuncta facit ut eueniat, pro ista conclusione, est ratio aducta, est sensus, est auctoritas Mesue, qui bene & recte operando secundum Cano. a principio pleuresis, frigidis stipticis utitur dicãt quid uelint truphatores quorum studium est in nugis.

¶ Secunda cõclusio, ꝙ in tali apostemate nolito. quod intendimus repellere. Corpore existente repleto iam elapso principio principiante, que est prima pars principii, siue caput principii, si dolor sit magnus faciens suspectum de multa attractione materierum existẽtium in ambitu totius, dico ꝙ in tali apostemate transacto principio principiante, oportet cessare a frigidis repellentibus & oportet mitigare dolorem cum anodinis & post diuertere, iuxta illud Auic.iiii.primi. Cum uolueris ad diuersum trahere dolorem prius seda, & sic ope

ratur Hyppocras in primo reg.acu.

☙ Tertia conclusio.ꝙ stante tali dolore in corpore pleno & in principio qui nec sedatur fomentis,oportet diuertere,non solum cum diuersione facta cum friccatione & ligaturis , sed oportet id agere cum educentibus de materia ad extra corpus,Quod si dolor descendit,& consequenter suspicatur ꝙ materia non sit sanguis,nec adsint manifesta signa sanguinis comisti, diuersio talis debet fieri cum ligaturis friccationibus , uentosis , sine scarificatione,ac demptis his que sanguinem euacuāt, nam per se non conuenit diuersio cum sanguine, sed cōuenit euacuatio cum enematibus, & farmaco, quod stans in stomaco uel in intestinis,pro nūc non curo,alterat humorem licet distantem & in partibus distantibus ab apostemate ut est in principio & ipsum educit,& consequēter ab apostemate diuertit ad extra corpus conuertēdo, per accidens tamen aliquando potest conuenire diuersio cum sanguine, non ratione humoris, sed rōne ingentis doloris & plenitudinis existentis in toto,ut presupponitur,nā eo casu dolor fortis uehemēter pōt trahere sanguinē & alios humores indifferēter.Attamen cum natura uult succurrere parti languēti ut dicebatur in secundo supposito effrenitādo ac peccādo trāsmittit instrumēta sua, iter que comodius est sanguis. Quare inde possunt sequi duo, primū ꝙ ubi materia apostematis non fuerit a principio sanguinis nec ei comista, posset in processu propter attractionem doloris,& nature transmissionem comisceri . Secundū quod posset sequi & ꝙ ubi apostema erat paruum,ac

cedente ſanguine efficeretur magnum. Et probatur ꝙ dolor ſolus ſufficiat ad faciẽdam phlobotomiã. Nam in dolore ex caſu & percuſſione, eſto ꝙ non adſit uitio/ſus ſanguis, propter tamen dolorem a percuſſione & caſu, iubent. G. & Auic. ꝙ fiat phlobotomia, ergo nõ minus inſtante apoſtematis dolore forti poterit competere diuerſio cum phlobotomia, licet apoſtema non ſit ex ſanguine nec ei comiſto. Sed tali fiẽda eſt modo, ꝙ premittatur aliorum humorũ aliqua euacuatio, primo, ſecundo ꝙ ſit pauca ſanguinis extractio. Qui iſtã concluſionem non accipit uti demõſtratione probatã, accipiat uti probabiliter firmatã, ex quo autẽ fienda ſit latere phlobotomia, eo caſu, dicetur in. vi. concluſione.

¶ Quarta concluſio. in corpore pletorico aſcendẽte dolore qui preſumitur uel a ſolo ſanguine uel ſi cum alio uincente tamen ſanguine in principio uniuerſali morbi loquẽdo de apoſtemate per uiam defluxus genito, dico ꝙ fienda eſt phlobotomia oppoſita, & nullo modo in tali principio fienda eſt a baſilica eiuſdem lateris. Probatur iſta concluſio, primo ratione, ſecundo autoritatibus, tertio experimentis. Ratione inq̃, quoniã preſentato dolore apoſtematis in prĩcipio materie mouentur aliunde ut faciant tale apoſtema, ex quo eſt per uiam defluxus genitũ. Et quoniam ut omnes medici dicunt ꝙ dolor ad ſe trahit uti uentoſa. dico ꝙ ignitur calor in membro uti in uentoſa, tum ex cõcurſu caloris & ſpirituum, tum propter in euentationem loci ac prohibitam trãſpirationem, quare calor membri rareſit ac in igneam uertitur naturam, modo ubi multus

calor.

calor, ibi fit multa resolutio atq; multa uacuitas, quare de necessitate fit multa attractio, quis enim communiter dicatur, q attractio a tribus fiat. s. a uirtute, a calore, & a uacuo. Attractio tamen a calore, & a uacuo, sm bonos phylosophos pcedunt sm eādē semitā in unāq; finaliter reducuntur cām. Nam caliditas & frigiditas opposite cum sint, oppositos quoq; agūt effectus, ipsa enim frigiditas uniendo & constringendo inuicem partes repellit ac prohibet penetrationē ac ingressum materierum in membrum, propter adherentiam partium unitarum ac constrictarum, & cum non detur inuicem corporum penetratio, ut. ii. de anima dicitur, necessario excluduntur repelluntur q; materie, per oppositum caliditas resoluendo materias existentes faciendo eas euaporare, uias angustas aperit, innanitiones uacuitatesq; facit, quare merito laxitatis partium attractionem facit, ui uacui, liberumq; aditum patefacit. Ad seq; de necessitate nature trahit, constat ergo q in principio doloris apostemosi pleuretici per uiā defluxus geniti, sic specialiter loquendo. Et forte gratis possemus dicere in omni dolore, & apostemoso, & nō apostemoso, in principio attrahuntur materie ad locū doloris, tum ex causa dicta, tum ex alia causa, eo q natura custos totius intendens succurrere parti dolēti transmittit ab omnibus partibus ut colligitur ab Aristo. v. problematum de corporibus bene comensuratis, que comparat ciuitati bene regulate, In qua leso uno ciue leditur tota urbs, & omnes ciues insurgunt ad eius defensionem, ergo apparēte dolore in principio, negari non potest, quin uer/

ſus locum moueantur materie, propter duas cauſas iã dictas, modo ſic, cum materie moueantur, ergo ab oppoſitis partibus mouẽtur, & hoc per naturam motus, ineſt enim motui eſſentialiter, ut ſit de oppoſito, in oppoſitum. Et ſi eſt uerus motus eſt de contrario in contrarium. ut. v. phy. aliter non ſaluatur natura motus, cum ergo materie mouẽtur localiter, ergo de neceſſitate aliunde mouentur, & ſic de oppoſito, in oppoſitũ terminum, puta a termino a quo, ad terminum ad quem, qui ei opponitur. Et ꝗ mobile acquirit de termino ad quem, tantum deperdit de termino a quo, cum uero totaliter aquiſiuit terminum ad quem, ceſſat motus, iuxta illud. Habitibus preſentibus in materia ceſſat motus. ii. de generatione. Vel igitur oportet nos negare materias in principiis dolorum apoſtematum ſic genitorum moueri ad apoſtemata, quod eſt contra rationẽ, immo contra totam ſcolam medicorum. Immo quod eſt plus, eſt cõtra ipſos aduerſarios, ut infra dicam, uel ſi concedimus eas moueri, ut eſt uerum. Mouentur de neceſſitate a partibus oppoſitis, ſi ergo mouẽtur i principio ad apoſtema, ergo in principio non ſunt ibi, quia ad illud ubi non mouerentur, & ſi in illo ubi non ſunt, igitur per rationes aduerſariorum non ſunt ibi petende. Nam utiq; non ſunt petende, niſi ubi ſunt, cum ergo in principio apoſtematis nundum ſunt in termino ad quem, qui eſt locus apoſtematis, immo adhuc ſint in termino a quo, qui eſt locus oppoſitus, ergo a loco eiuſdem lateris qui eſt terminus ad quem, non eſt euacuanda materia, quia eſſet petere materiã ubi non eſt,

ſed eſſe

ſed eſſet non exiſtentem ad iſtud ubi qui eſt locus apoſtematis conuertere, quare propriis telis uulnerantur. Recolligendo ergo rationē, ſi in principio apoſtematum ſic genitorum materie incipiunt moueri ad apoſtema, quod negari nō poteſt, habemus certum materias ibi nō exiſtere in apoſtemate, qui eſt terminus ad quē. Quod enim uult moueri ad aliquem locum, ad illum non motum eſt, ſicut quod fit, nūdum eſt, ut Ariſt. iiii. top. ca. ultimo. Item habemus pro certo materias uenire ab oppoſito & non ab eodem loco ad quem tendūt. Quod ſi. G. & ſequaces dixere in principio motus ad apoſtema materias exiſtere in apoſtema, Et neſcire a quo loco ueniant materie apoſtematis. Que ſunt contradictentia, hec & rudiora magis ſibi contingunt, quia ignorant radices philoſophie quare non mirum ſi hec erronea dicunt. Et etiam ſi in aſſignāda cauſa ſue operationis adducāt ignorātiam. Amplius a principio cum materie nundū ſunt in termino ad quem per proprietatem eſſentialem motus, que eſt eſſe ſucceſſiuum, utiq; materie ſunt in continua tendentia ad illum, ergo in principio euacuando & innaniendo illa pars apoſtematis uehementiori impetu attrahet illas, licet de ſe forent in itinere. Sed uellocius & copioſius penetrabunt ad apoſtema. Que tamen materie per phlobotomiam diuerſiuam factam in oppoſita parte apoſtemati fuiſſent diſtracte & deuiate a loco apoſtematis, & iſta patent per quartum ſuppoſitum rationabiliſſimū conceſſum ab omnibus qui philoſophiā intellexere, cum ſit de Canonibus uniuerſalibus, immo eſt cōtra finem

ipſorum qui intendentes prohibere apoſtema, non fa/ctum faciunt, & iam factum augent, ſuumqꝫ finem nõ attingunt, quia male cõſulti ſunt de mediis ad finem, neqꝫ utuntur debitis inſtrumentis artis.
Ex his patet prima pars concluſionis. ſ. ꝙ in principio apoſtematis ſit phlobotomandũ a parte oppoſita, quia ibi eſt materia, & ab ea moueatur ut a termino a quo. Secunda pars cõcluſionis ex his etiam eſt manifeſta. ſ. ꝙ a principio nullo modo ſit phlobotomãdum a par/te eiuſdem lateris, quia eſt euacuare materiam ubi non eſt, & eſt conuertere materiam cum uellocitate ad apo ſtema, qui eſt error dupli, non diuertere, ſed loco eius conuertere. Verum eſt ꝙ aduerſarius ſe excuſat ꝙ ita facit, quia neſcit a quo loco moueatur materia, ideo pro meliori atqꝫ expedienti euacuat a principio ab eo/dem latere. Sed ſi ipſe inſpiceret Ariſt. & Auic. ſicut. G. non diceret ſe ignorare, nam. G. nõ illa habuit nota. Et quoniam ſupra dixerã, ꝙ negare ꝙ in principio do/loris apoſtemoſi materie moueãtur ad locum doloris, ſit contra rationem, & contra omnes, immo contra ad/uerſarios met, nunc modo declaro, quomodo ſit contra ipſos. Nam Doc. Cla. arguens cõtra Gloſatores Hyp pocratis qui dicebant ꝑpter regulas uniuerſales Hyp. preſuppoſuit phlobotomiã diuerſiuam fiendam a prin cipio. Sed ꝙ iam fluxa materia ꝙ debeat fieri ab eadẽ parte, ut ſe determinat. iiii. reg. acu. cõmen. lxix. a baſi/lica eiuſdem lateris. Et contra arguit Doct. Cla. ꝙ quã do Hyp. nominat phlobotomiã eiuſdem lateris, non intelligit de phlobotomia, quando tota materia eſt

fluxa,

fluxa, quoniam medicus non est certus quādo tota sit
fluxa materia, ideo non ob id uoluit phlobotomiā fie/
ri ab eodem latere, quia sit fluxa tota, nam cum medi/
cus nō possit certificari de fluxu totali materie, si Hyp.
precepisset post totalem fluxum tunc fieri phloboto/
miam, non esset dignum Hyp. precipere post illum to
talem fluxum, qui non potest sciri a medico, ergo iste
Doct. concedit materias moueri non solum moueri in
principio, immo & post principium, ut patet. Preterea
iste Doct. in respōsione ad tertiū principale cōtra eum
quando dicebatur, ꝙ fluente materia cōuenit diuersio,
sed diuersio fit ad partes remotas, respondet ipse, ꝙ be/
ne diuersio fit ad partes remotas, sed non cum phlo/
botomia, sed aliis ingeniis. s. fricationibus ligaturis,
cum autem adducit causam, quare non ēt cum phlo/
botomia, sed bene cū aliis. d. quia medicus non est cer/
tus per quod latus moueatur materia ad locum apo/
stematis, ergo hic est unum certū, & unum dubium,
certum est de motu materierū, sed dicēdū de uia, ideo
propter ignorantiam loci, non uult ut fiat phloboto/
mia diuersiua, ergo consentit materias moueri, esto,
ꝙ nesciat per quam uiam, conclusio ergo quarta est ue
ra, ꝙ phlobotomandū a parte opposita, ut diuertatur
materia, ut ex Canonibus uniuersalibus cōuincitur.
Ad hoc aduersarius duo. d. primum, ꝙ utiq; diuerten/
dum. Sed cum aliis q̄ cum phlobotomia, ut supra di/
ctum, sed id iam destructum est in impugnatione re/
sponsionum, quas dat Doct. Cla. & ad primum, & ter
tium argumētū. Secundū ꝙ dicit est phlobotoman/

c paris
1

do ab eodem.s.a basilica eiusdē lateris, simul & semel diuertit & euacuat, seruando mandata Galieni, qui.d. ꝙ in pleuresi, & apostemate corporis, oportet simul & semel antispasare & euacuare, & hoc fit per idē latus.
℃Sed cōtra ista insomnia intēdo arguere, nam hoc est de potioribus suis fondamentis, & est pura chimera. Nam antispasare est diuertere, & opponitur ei quod est cōuertere, ut patet in.v.supposito, modo ex legibus oppositorum, si unum oppositum est in natura, datur & reliquum, quia simul sunt natura. ut.vi.top.cap.v. &.v.top.cap.viii. Item opposita inuicem se expellunt nec insimul manere possunt. Quod si inuicem coeant, hoc est in uno medio in quo ambo extrema contineri possunt, sub esse tamen remisso, ut caliditas & frigiditas in tepiditate, albedo & nigredo in paliditate, nō autem coire possunt, quando uel ambo sunt sub esse intenso & extremo, uel saltim alterū est sub tali esse extremo. Si ergo datur summe calidū, necessario datur summe frigidum, & ista stare non possunt insimul, sed bene sub esse remisso ut dictū est stant simul, siue modo extrema contineantur in medio formaliter, uel uirtualiter hoc non est presentis speculationis, cum ergo ista sint opposita diuertere & conuertere, & datur phlobotomia summe diuersiua, nihil habens de conuersiuo.s. phlobotomia saphenarum, ergo necessario dabitur phlobotomia summe conuersiua, nihil habens de diuersiuo. Sed cum non possit aliqua assignari ꝗ phlobotomia basilice eiusdem lateris, que sit extrema phlobotomia conuersiua, nihil habens de diuersiuo,

siuo, ergo per istā phlobotomiam nō possunt simul antispasare & euacuare, ut dicūt, nā extremū non potest coire cū alio extremo nec cum medio, sed bene ꝑ phlobotomias medias, ut a nigra opposita a basilica opposita, pōt simul & semel antispasari & euacuari. Nam si apostema sit in costis sinistris. Basilica dextra cōuertit materias que sunt deorsum sursum, & q̄ sunt sursum in parte sinistra i loco apostematis, eas diuertit ac trahit ad dextrū, hoc aūt fieri non potest ꝑ phlobotomiā basilice sinistre, que est extremū pure conuersiuum cōuertens ad apostema ab omnibus differentiis. Positionis & opponitur extremo pure diuersiuo quod fit cum saphena, & istud est claꝝ ꝙ basilica sinistra in pleuresi sinistra euacuat pure ꝯuertēdo ab oībus partibus ad apā. q̄ nō pr̄ aliq̄ p tr diuter

¶ Et ꝙ sit uerū patet ꝑ Gal. xiii. de inge. de aure. &c. phlegmonizātē: ubi. d. ꝙ oportet phlobotomare a manu opposita, & reddit rationē, q̄re ab opposita & nō ab eadem, &. d. ibi Galenus ꝙ phlobotomando ab eadem esset cōuertere materiā ad locū. Modo si basilica eiusdem lateris ꝑ Gal. cōuertit ad terminum. s. ad apostema, qūo & ab illo etiā diuertit, hoc est impossibile respectu eiusdē termini. Respectu diuersoꝝ bene est possibile sicut nos dicimus de basilica oppositi lateris, ipsa bene ꝯuertit & diuertit, sed hoc ē respectu diuersoꝝ, nā conuertit materiā que est inferius ad sursum, & materiam que est in pleuresi sinistra diuertit ad latus dextrū, sed illa que est eiusdē lateris si talis diuerteret tunc respectu unius & eiusdem termini diuerteret & con-

uerteret quod implicat contradictionem.

¶ Confirmatur quia quando post statum isti uolunt ƒm auctores omnes, ut fecit Hyp.in.viii.die.in anxio pleuretico phlobotomare sine diuersione, quo tēpore nulla est intentio diuertendi, si uoluerint euacuare sine diuersione, utiq; nullam uenam elligent nisi basilicam eiusdē lateris, ergo ista est illa phlobotomia que nullo modo est diuersiua, sed est euacuatiua cum cōuersione, que dicitur conuersiua eo tempore quo stat conuersibile, ut reperitur ante statū, ideo talis ante statum dicitur ꝯuersiua, & post statū cessante conuersibile est euacuatiua tm̄. Sicut est socra. & pater, cessante tñ filio est socra. & nō pr̄. Quādo ergo uult. G. simul & semel ātispasare & euacuare, & in pleuresi & in apostemate epatis. Dico ꝙ debet hoc facere cum phlobotomiis mediis q̄ participant de utraq; natura. Nā medium est istius cōdicionis ꝙ est particeps utriusq; extremi: ut patet. iii. de partib. aīalium. cap. primo. Nō potest aūt hoc facere cū phlobotomia basilice eiusdem lateris, cum sit extremum conuersiuum que opponitur extremo diuersiuo saphenaꝝ. ꝙ siquis dicit ꝙ Galieniste dn̄t ꝙ oportet cognoscere anatomiā, ex qua apparet ꝙ imo basilica eiusdem lateris est opposita, sed contra in primis si est opposita, ergo est cōtra ipsos, quia ipsi intēdūt elligere uenā q̄ est eiusdē lateris & non oppositi, quia habent hoc fondamētum ꝙ materia est a principio in loco apostematis, ideo indigent uena que est in illo loco, & non opposito, quia in opposito loco non esset ad

ppositum per eos. Immo quãto magis conuenit apostemati nec ei opponitur, tanto magis eligibilior est apud eos. Si ergo hi uolunt saluare q phlobotomia basilice eiusdem lateris a principio fienda sit, quia opposita sit, cũ a ramo uene chilis descendente exoriatur, est contra id quod intendunt. Nollũt enim ſm eoꝝ placitum uenas oppositas, quia dicũt materiam nõ esse in locis oppositis & post eligunt basilicã eiusdem lateris, quia est opposita. Si ergo uena ratione oppositionis non conuenit, ergo nec talis eligenda esset, sed unã que esset illi loco conueniens eligere deberent. Preterea dicunt q eadẽ est ratio de apostemate epatis & pleuresi, sed per fondamenta sua ab epate conuenit imediate euacuare sine ulla oppositione, cũ p eos sit fons a quo dicunt statim & imediate debere extrahi sine ulla diuersione, ergo si pleuresis est secũ cõmunicans in proprietate, phlobotomia basilice eiusdem lateris non minus euacuabit sine oppositione & sine diuersione. Et ista est causa q Auicẽna facit tot phlobotomias oppositas anteq̃ ueniat ad basillcam eiusdẽ lateris, quia istam solam uocat conuenientem & alias oppositas, & nullã aliam habet que sit conueniens in mediate euacuans sine oppositione, nisi istã, ideo post istã p̃cipit uẽtosam. Preterea si ista phlobotomia basilice eiusdẽ lateris sit opposita esse ~~omnium~~, & esse conueniens sint contraria, si ergo basilica eiusdẽ lateris est opposita, ergo non est conueniens: ut. d. Auic. aliter cõtraria dicerentur de eodem. Item contraria ita se habẽt q si unũ reperitur,

oppo^m^

& aliud reperitur, si ergo datur ĩ pleuresi phlobotomia opposita: ergo dabitur & conueniens, si ergo conueniens non est basilica eiusdem lateris cũ sit opposita, ergo oportet te inuenire unam aliã que non sit opposita. Et cũ huc usq; non sit inuenta aliqua que sit conueniens, nisi basilica eiusdem lateris, ergo falsum est ꝙ ista sit opposita, sed est ut dicit Auicenna conueniens quicquid dicant chimerici. At si dicitur ꝙ immo Galenus uult ꝙ basilica eiusdem lateris sit antispasatiua & euacuatiua & non alie. Dico ꝙ Gale. & sequaces sunt sicut anaxagoras, ignorantes uoces proprias, hoc enim est ignorare terminos ac si conuertere, esset diuertere. Similiter si dicitur ꝙ Gale. nunq̃ fecit puram antispasationem, que fit ut dictũ est cum saphenis. Dico illud quod.d. Montagnana Iunior de Hypo. qui non expressit phlobotomias diuersiuas basilice opposite, nã tẽpore hypocratis ars erat nouella, & hoc instrumẽtum diuersiuum, nõ usq;quaq; bene erat notũ.s. cum phlobotomia basilice opposite. Neq; etiã apud Gale. erat notũ, saltim in priori sui tẽporis parte, sic.d.ipse. Et uidetur rationabile hoc quod.d. Mõtagnana, nam Arist. primo methaphi.d.ꝙ artes in principio debiles sunt, ut patet in ductione facta ĩ omnibus artibus, modo ut.d. Arist. secũdo elenco. Artes fiũt ꝑficiunturq; ꝑ additamẽta, & primo ethico.idem.d.ubi.d.ꝙ tempus est optimus inuẽtor. Sic ergo non est mirabile si priores hi rei istius non habuerint notitiã, aut confusam: si eã habuere, nec bene in eoꝝ animis firmata ualidataq;

fuerat

fuerat, uti contingit Galeno qui modo ductus ratione uniuersales regulas de diuersione cõfecit: post ad opus descendẽdo praticũ quandoq; faciebat, quãdoq; omittebat, & hic fuit lapsus sequatium. Et certe possumus dicere de istis antiquis in cognitione instrumẽti diuersiui, illud quod.d. Arist. primo physi. de cognitione prime materiæ, q illi non cognouere, sed plato a longe eã inspexit. Consimiliter dico q antiqui non cognouere diuersiuum instrumẽtum: sed Hypo. & Gal. a longe inspexere. Minime tñ Galenus cognouit diuersionẽ fiẽdam cum phlobotomiis saphenarũ i cura apostematũ membrorũ superiorũ. Immo nec per longa succedentia tempora post Gal. ab aliis illustribus medicis fuit tale instrumẽtum cognitum, sed ẽm q ars continuo magis atq; magis illuminabatur, ita apparuit hoc instrumentum. Rasis quãdoq; uisus est aliquod de hoc dicere uerbum, sed superuenere grauissimi phylosophi ac medici Auicẽna & Mesue, qui eã mundo detegere, cartasq; illuminauere sũmaq; arte & sapientia ostẽdere maximũ iuuamentum istius instrumenti diuersiui p saphenas. At imperitus quidã dicet, pfecto quid mirum uidetur, q tã clarissimi excultiq; doctores in re tã nota defecissent. Dico q propter defluxum tẽporũ huic imperito est nota res hec, non illis aũt sapientibus, quia res erat in principio, & omnia in sui origine imbecilia imperfectaq; sunt. Probata est ergo sat ratiõe quarta ꝯclusio.

¶ Consequens modo est, ut eã auctoritatibus cõprobemus, quia tñ hoc est replere cartas, Sufficiat nobis

dicere ꝙ citra Gal.tota ſcola medicoꝶ eſt contra Gal. Hypo. dũtaxat excepto, ſi inſpicimus libros de regi. a cu.qm̃ non uidetur expreſſe contra Galenum dicere. Vt.d.aduerſarius. Alibi tñ,ut in libro de humana natura,cũ dat regulas uniuerſales aliiſq; q̃ pluribus locis eſt utiq; contra Gal. ceteri deinde omnes ſunt cõtra Gal. ſe tenentes ad latus phlobotomie oppoſite in principio,licet in iſta oppoſitione diuerſificati ſunt,ut uidimus in recitatione opinionũ.Et ꝙ plus uidimus Gal. contra Gal.qui differt a ſeipſo. Sicut Galenus imperitus,& iunior differt a ſeipſo, ſene & peritiore. Qui ergo tm̃ credit auctoritatibus, iuſta lance ponderet auctoritatẽ Galeni cũ auctoritatibus tantoꝶ uiroꝶ illuſtrium uidebit que ſunt maioris ponderis. Attento ꝙ non ignorãdum,quod.d.Ariſt.primo top. ꝙ locus ab auctoritate eſt extrinſecus non multã faciens fidem.

¶ Reſtat modo eã deinceps experimentis confirmare:& quia experimẽtis fere innumerabilibus eã uerisſimam tutãq; cognoui,eiuſq; omnium mortifeꝶ certiſſime conſpexi,illa omnia aducere in explebilẽ facerent ſermonẽ,ideo quedã pauca ex illis potiora aducere tm̃ putaui,omiſſis pene infinitis qui conſcilio imperitoꝶ fuere phlobotomati a principio in dolẽti parte ab eis qui a ſola doloris preſentia fuere moti,uti faciũt bruta quoꝶ cognitio preſentium eſt, ut p̄ſentium:nam non preſentia cognoſcere altioris eſt ſenſus, qui ſic phlobotomati in breuiſſimo tẽporis ſpacio periere:oppoſitũ uero agendo fere omnes ad ſanitatem reducuntur. Et

oppo[illegible]

non tm̃ per se, sed p accidens & casu, dico aũt casu, nã pluribus iam annis in agro ueronẽsi dũ quidam barbitonsor annosam quãdam mulierem & satis turpẽ pro rei sue familiaris cura cõduxisset, eã compressit in uxorẽmq; duxit, sed iam grauãte senio mulieris turpitudinem barbitonsor tedio affectus eius interitum desiderare uehemẽter cepit, fortuna aũt ita permittẽte uetula in pleuresim incidit: barbitonsor caute per tres dies remedia distulit, demũ medicum consuluit, cui dixit medicus cassiam propinato, deinde redibis: barbitonsor ex cassia timens salutẽ, eam omisit & uti mortiferã elegit phlobotomiam, uerũ anceps ex qua minus salutifera parte incidenda foret uena, secũ mente uolitans, uenã oppositam elegit ne si ab eadẽ forte phlobotomasset parte: morbi causam subripuisset: ita semper uulgaribus opinantibus, q̃ ubi dolor ibi tota insideat egritudinis causa. Itaq; ab opposita doloris parte uti impertinenti loco sanguinẽ eduxit, At tũc statim uetula melius habere cepit. Barbitonsor ad medicum nisi post septimam redire uoluit quẽ iterũ conueniens, inquit egra melius cessit, a dolore nõ tñ libera cassiã nõ exibui, sed loco eius uenã icidi, at tũc medicus inquit ex qua phlobotomasti uena? dixit barbitonsor ab ea que est dolori opposita, cui dixit medicus. Bene utiq; fecisti q̃ si ab eadem fecisses parte, ipsam interfecisses: Barbitonsor audita uena apta ad interitum que eodem insidet latere, statim domum repetẽs illã incidit uenam, dũq; mortem expectaret uetula peroptime in sanitatẽ restituta

est. Ecce q̃ ars & fortuna inuicem operate sunt. Fuit & quidã iuuenis patria bononiensis arte pingendi sculpendiq; sũme peritus, dolorẽ maxille ac dentium duobus iam ferme annis incurrit, dũq; Ferariam proficisceretur medicũ in principio doloris consuluit quẽdam, rogauitq; ut ei breuissimã adhiberet curã. Medicus ille qui de hac est heresi miles strenuus ac gloriosus. Inquit incide uenã a latere doloris, pillul. deinde capias tres, & hac q̃ celerrime uia sanaberis: eger uenam illius lateris incidi statim iussit: pillul. accepit, at tunc statim ad phlegmonem peringẽtem eiusdem lateris deductus est tantaq; fuit ad locum conuersa materia, ut ad ossis mãdibule corruptionẽ deuenerit, quod simul cũ duobus dentibus extrahere fuit necesse, sanitatẽq; usq; in hũc desiderat diẽ. Fuit & iuuenis uiginti duoꝝ annoꝝ complexionis sanguine uiuens ocio ac cibis plectoriã augẽtibus, hic pleuresim incidit prima die medicus a saphena sanguinem eduxit extrahendo. ℥. vi. cassiam cũ mãna exibuit, dietã subtilissimã p̃cepit, dolor uisus est aliq̃liter remitti, uerum in fine tertie alter superueniens medicus phlobotomiam ab eodẽ iussit latere, hoc si quidem pretextu q̃ longe tutius tentari poterat tale hoc remedium q̃ galieniste id facerent, qui nulla admodum premissa diuersione a principio audent in tale ingeniũ uena itaq; iuueni ab eodem incisa fuit latere, dolor statim cessare uisus fuit, uerum illinc ad horam iterato inuasit dolor clamosus insupportabilis ampliorem toracis occupans locũ, incepitq; curtari anhelitus, adeo q̃

pene

pene deceſſit. Et iſta ſunt miracula phlobotomie eiuſdem lateris. Taceo innumeros ſeruatos ſine ulla leſione atq; uite diſcrimine, qui in breuiſſimo tēpore ad ſanitatem fuere p ſolas phlobotomias oppoſitas reſtituti. Et hoc affirmo p fidem meam, ſi ſufficit mouere atroces animos quibus dure ſūt p brachia ſete. At uideo galieniſtas alto ſupercilio hic inſiſtere, ꝙ & ipſi q̄pluri ma habent expimēta multoꝝ.ſ. quos a principio phlobotomatos ab eodē.ſ. latere ſtatim ſanarunt. Et ꝙ cauſa, qa caſus narrati male ſucceſſere fuit, qm̄ phlobotomia.ʒ.vi. ſanitatē inducere non ſufficit, ideo aliqui inſolentes ex his gloriantur a principio ſanguinis lib.vi. extraxiſſe, dicētes ꝙ non ſolum riuū ipſum inanire cupiunt, ſed riuū & fontem inſimul fontē.ſ. ipſum p riuū euacuādo, ne humor in riuo nec fonte remaneat, & ſic ſe ſecurant ab ulteriori apoſtemate. Quibus dico, ꝙ ſi hoc uerum eſt ꝙ hac ſiquidem uia aliqui ſaluati fuerint hi tales diis per multa habent ſoluere uota, qm̄ grande euaſere diffortunium, ac uite periculum & lōge maius, q̄ ipſius egritudinis periculum, que cum ſoleat in.7. interficere diebus, phlobotomia hec, in hora illa interficere aptiſſima eſt.

¶ Quinta concluſio. In corpore nō ſolū cōiter repleto, ſed ſatis pletorico, in apoſtemate p uiā defluxus genito a principio doloris pleuretici phlobotomandum eſt nō tm̄ ab oppoſito ſm latitudinem: imo tale oppoſitū debet a ſaphena oppoſita inſtitui, ut dicūt Auic. & Meſ. Nā diuerſio debet proportionari p̄exiſtēti ma

teriæ, cum aũt mediocri materię sufficiat mediocris diuersio atq; ad oppositũ ſm latitudinem atractio, ergo in ampliori materia oportet magis & magis diuertere ad maiorẽq; tractum cõducere, qualiter fit conducẽdo p saphenas sicut distantia est maior multã in se materiam recipere põt cum distantia maior: maioris quoq; humorũ quãtitatis capax est q̃ minor sit, sic itaq; faciẽdo atq; i partes distrahẽdo lõginquas, nõ oportet multã sanguinis quãtitatem exhaurire, sed in corpore conseruatur: cum sit uite fundamẽtum & nõ minus arceẽ materia a loco apostematis, q̃ est principale intẽtum. Possumus igitur p uerificatione istius conclusionis sic arguere. In multa materia atq; copiosa ualde phlobotomia saphene propter spacii extẽsam dimensionẽ ac loci amplitudinem põt facere id quod nõ sufficiunt facere opposite phlobotomie uene brachiorũ: ergo eo casu uene brachiorum sunt omittẽde & elligende uene saphene. Cõsequẽtia habet euidentem illationẽ, antecedens pbatur: nam phlobotomia saphenarũ põt euitare nocumẽta, ut apostema cerebri. Puta cũ birsen uult mutari in sirsen, & põt euitare ne alterũ apostemetur latus, ut accidit q̃nq; in sola oppositi brachii phlobotomia, in qua existente multa materia cõtingit q̃ p solã attractionẽ materie ad latus oppositũ remaneat apostematũ utrũq; latus, ut suo testimonio testatus est cla. Mõtagnana iunior: & ego de anno. 1505. idem uidi i pistrice p̃gnante, q̃ non phlobotomauerã a saphenis timore aborsus: & facta phlobotomia opposita brachii

remansit id latus apostematū,& magna cum difficulta te euasit: bene credo q̄ si ab eodem phlobotomata fuisset latere q̄ secūda nō uenisset pleuresis, sed prima tm̄ aucta fuisset,& talis ponderis q̄ uitā cū morte cōmutasset: q̄ si non tm̄ copiosa abundansq; materia existeret: imo foret ut ita dicam multissima,ut accidit in corporibus ingētis molis uiuētibus uita ociosa ac cibo uitioso sine euacuationibus. Dico q̄ adhuc non sufficit phlobotomia saphene opposite ſm unam diametrū: sed p̄ fundamētum tactū ulterius protrahere oportet ad lōgiorem dimensionē: oportet igitur ad duas recurrere diametros: ut.d.Mes.Neq; credo q̄ Auic.hoc negasset quia stat cum fundamentis eius. Ex quo enim notabilis superfluaq; est materia,talis quoq; debet esse eius diuersio: huius euidentia apparebit in responsione ad quartam rationem aduersarii,uideatis ibi.

¶ Sexta conclusio ī apostemate p̄ uiam paulatine cō gestionis genito non cōuenit phlobotomia diuersiua p̄ se siue calidū frigidūue sit apostema. Probatur, nā diuersio p̄ se est ꝓpter motū localem materierū ad apostema q̄ cū sint extra locum apostematis,oportet eas euacuare ubi sunt.s.extra locum apostematis: cum aūt in apostemate paulatine cōgestionis non sit talis motus, imo materie sint ī loco apostematis genite: ergo p̄ fundamenta dicta phlobotomia nō est fienda a parte opposita,quia materia ea petenda est parte in qua est: cū aūt sit in loco apostematis & non extra.s. in parte opposita: ergo ab ea euacuāda est parte: quia si euacuares

ab opposita peteres materiam ubi non est:& hic possumus inferre corolariũ q̄ ex isto sequitur q̄ si in illo apostemate phlobotomãdum sit ab eodẽ latere:ergo p oppositum in apostemate p uiã defluxus a principio est phlobotomãdum ab opposito:& facit pro quarta cõclusione:imo est bona eius declaratio : q̄ si materia est callida uel sanguinea uel ei mista,licet non conueniat phlobotomia diuersiua,ꝯuenit tñ euacuatiua,sed si fuerit frigida nec diuersiua nec euacuatiua aliquo pacto cõuenit,& hoc intelligo p se:qm̃ per accidens si ratione doloris fieret attractio,& cũ hoc q̄ ꝓpter fortitudinẽ doloris natura uellet succurrere,ac peregrinas transmittere materias.Dico q̄ conuenire posset phlobotomia diuersiua,& hoc in principio non merito materie apostematis : sed ut impediatur motus materierum ut in conclusione tertia.

dubi^m 1 Ex his soluitur illud dictũ adeo dubitatũ in apostemate pẽdente ab humore alio a sanguine a quo latere fiẽda sit phlobotomia.Auic.cap.de pleuresi non se determinat nisi q̄.d.q̄ in casu descensus materieꝝ ad hyppocõdria elligẽda est farmacia nõ phlobotomia,q̄ si non sedat̃ dolor,fienda est phlobotomia,sed nõ dicit a quo latere,quicquid dicat Doct.cla.sed puto q̄ se remittat ad canones uniuersales,sed ſm Ras. dicitur q̄ fiẽda est phlobotomia ab eodẽ latere,sed cõtra: hoc est falsum, nã si ꝯuenit phlobotomia uel cõuenit ratione materie uel rõne doloris cõmouentis materias peregrinas non rõne primi,qa p casum materia est aliena a sanguine,si

uero

uero ratione materiei attractae a dolore qui dolor facit motũ, ergo debet esse ad diuersum; qa potius phlobotomia eiusdẽ lateris iã motas materias uersus apostema ꝯuertit ad apostema, & sic dolor traheret ad apostema, & phlobotomia ꝯuersiua traheret ad apostema.

¶ Septima cõclusio ad mẽtem clarissimi Mõtagnanae iunioris: ꝙ existẽte materia modica phlobotomandũ est ab eodẽ latere in principio, sicut in multa materia phlobotomãdũ a ualde opposita, & i mediocri materia a mediocri opposito: ergo pariter in modica materia poterit fieri phlobotomia ab eodẽ latere, & istam cõclusionẽ sic ꝓbat, ubi datur maius & minus ibi dat̃ equale, si ergo dat̃ materia requirens multã diuersionẽ, quia multa materia, ergo & mediocris requirit mediocrẽ, sed pace tãti uiri licet amor amici multum me moueat, ueritatis tñ amor me cogit, iuxta illa platõis multũ de Socrate magis de ueritate curãdum, & Arist. amicus. Soc. amicus Plato magis amica ueritas. Hic ni fallor multi sunt errores. In primis illa conclusio exit litis cõtestationẽ, nam ꝑmisimus q̃stionem a quo latere fiẽda sit phlobotomia in corpore repleto, & tu dicis de paucitate materie, uel tu intelligis ꝙ illa paucitas sit in loco apostematis & hoc nõ, quia in omni apostemate in principio est paucitas materie, iuxta illud circa principia & fines oĩa ĩbecilliora, si dicis ꝙ sit modica i ambitu totius, quõ i corpore repleto põt esse modica materia. Secũdo arguitur quia ꝯclusio q̃ concluditur ꝙ sit in modica materia phlobotomandũ ab eodẽ latere nõ

seqr̃ ex illis p̄missis, sed ista alia. s. i multa materia phlobotomia fit a multo opposito & in mediocri a mediocri opposito, nõ sequit̃ ergo in modica materia ab eodẽ loco, sed solũ sequitur q̀ in modica materia debeat fieri i modico opposito, sed modicũ oppositum nõ est idẽ latus, quare non sequitur q̀ in nullo opposito. Tertio arguit̃ quia illud mediũ assumptum solum p̄bat q̀ dat̃ media phlobotomia: & hoc nõ est ad p̄positum ad p̄bãdum q̀ i modica materia debeamus phlobotomare ab eodẽ latere. Quarto illa p̄positio assumpta nõ est medium p̄prium arti: ideo facit rõnem ut. d. Arist. primo posterio℞ & impropriã & p accidens. Preterea est solũ uera in mathe. q̀ ubi datur maius & minus ibi datur equale nõ in naturalibus. Quinto ipsa cõclusio falsa est in se q̀ in modica materia sit phlobotomandum ab eadẽ parte, quia uel intelligit q̀ in modica materia sit phlobotomandũ ab eadẽ parte i principio uel post fluxũ materie, puta post statũ in die. viii. Si primũ falsum quia ubi materia est pauca p phlobotomiã eiusdẽ partis amplior materia poneret̃ in motu rõne uacui q̃ quieuisset: & sic ubi fuisset pauca ratione attractionis idebite efficeretur multa, nec est petere materiã i principio ubi est, nec seruant̃ canones artis: q̀ a principio apostematis diuertẽdum sit: & tũc incidimus in errorẽ dupli, ut supra dictũ: longe melius est nullã facere phlobotomiã q̃ facere indebitã, nam esto q̀ currerẽt materie ad locũ apostematis, non currerẽt in tãta uelocitate: ideo ut bene. d. Montagnana ãtiqui non utebant̃

diuersiua phlobotomia, quia eo tempore corpora non erãt repleta, quia non uitiosis uescebãtur cibis, ideo nõ indigebãt tãta diuersione quia tñ ꝓsupponebatur materia pauca, ideo ꝓpter hoc non phlomotomabant ab eodem latere nisi post septimã: ut fecit Hyp. qui phlobotomauit anxium pleureticum in. viii. dimittendo phlobotomiam diuersiuam: & tunc apparet ꝙ ista cõclusio cum sua probatione nulla est.

¶Sectionis quarte cap. i. in quo respondetur prime rationi Doct. cla.

RE stat modo soluere rationes Doct. contra nos Ad primam q̃ erat ita ꝓcedendũ in pleuresi sicut in apostemate epatis, sed in apostemate epatis ad primã rationẽ expositores uniuersaliter admitunt minorẽ. s. ꝙ in apostemate epatis a principio phlobotomandũ sit ab eodẽ latere, habent hoc pro cõstanti, sed aliqui negãt maiorẽ ꝙ ita sit in pleuresi sicut in apostemate epatis, & ideo Nicolus ut uisum est supra conatur dare duas causas diuersitatis & soluit rationẽ negãdo maiorẽ, que dicebat ꝙ ita phlobotomandũ in pleuresi sicut in apostemate epatis: imo. d. ꝙ non est ita & assignat causas illas, & sic. d. ꝙ in pleuresi phlobotomãdum ab opposito & in apostemate epatis ab eodẽ: sed Doct. cla. impugnat optime causas illas ut uisum est: & ẜm Doct. cla. maior est uera, & minorẽ habet uerissimã cum aliis, sed ego aliter soluo q̃ Nicolus: nã ego cõcedo maiorẽ ꝙ ita sit phlobotomãdum i pleuresi sicut

vel ad istã

in apostemate epatis: sed nego minorē ꝙ a principio in apostemate epatis phlobotomandū sit ab eodē latere, ideo dico ꝙ regula uniuersalis de apostematibus ꝙ a principio sit repcutiēdum diuertendū tenet in omnibus apostematibus nolitis, nā intendēs finem intendit media ordinata in illū finem: sed illa sunt media ꝑ se & debita, ergo ubicūq; fit apostema siue in epate siue in capite siue in pectore, nos debemus & repercutere & diuertere: ut patet in prima & tertia cōclusione. Et in ueritate pluries ꝯsideraui supra hoc, quare medici in istū deuenerunt errorē cū regula sit absoluta uniuersalis, & post operētur cōtra regulam & omissa regula est ratio, ꝙ nollendo hostē debeo eum repellere, debeo facere ut alio diuertat. Nō nisi fatuus pōt negare hoc, nisi quia hoc est epar, uel quia est stomacus, q̄ uolūtaria sunt, & sine ratione: nā ratio ita cōcludit de uno sicut de alio. Certe nūq̄ potui habere ab his medicis de hoc aliquid quod dignū foret, nō tm̄ uiri docti, imo nec bene disciplinati. Verū est ut dicunt aliqui ꝙ ideo oportet phlobotomare ab epate imediate: quia epar est fons sanguinis: ideo secus est de fonte & de riuis: sed contra: primo nā dicunt idem de stomaco & splene, de pleuresi, de capite, ſm Gal. & ista nō sunt fontes. Preterea si Gal. dicit epar esse fontē sanguinis. Arist. cui magis est credēdum i rebus naturalibus, in tertio de partibus aīalium, cap. iiii. d. ꝙ cor est fons, & dimissa authoritate Arist. est ratio eius quadrans, quā oportet ꝙ qui sunt de alia uia soluant, s. quia aqua que est in locis ꝑ cōductus, seu

per

per canales, nõ est in eis locis sicut in fonte, in quo fon te nulla est indigentia canalis, quo aliunde aqua ad ipsum conducatur, sed dumtaxat ibi scaturit, modo canales & conductus sanguis sunt uene: ergo in illo membro in quo est sanguis sine uena, est ibi ut in fonte, cum ibi non sit indigentia canalium nec uenarum, cũ inde scatutiat. In illis uero in quibus est per uenam, in illis non est tãq̃ in fonte, quia non ibi scaturit, ut in fonte: sed in omnibus ẽt in epate est sanguis mediante uena, preterq̃ in corde, ut patet per anatomiam in qua Aristote. fuit summus, & nõ solum in ea, imo & in medicina, ut confitetur Galenus primo de inge. cap. secundo. Ergo non uerum est, ꝙ epar sit fons, & sic initur uni falso. Preterea esto ꝙ ita esset ꝙ epar sit fons, quare nõ potest etiam decrescere fons per riuos oppositos, qui riui hauriant fontem, & sic fons extenuabitur. Immo mare ipsum exiccatur per conductus aquarum alio, ut dicit Aristot. de bosforo, & ductores aquarum uolentes amouere aquas ab aliquo loco faciunt riuum per quem remouent aquas, & a canali & a fonte: non igitur uideo ꝙ nõ possimus diuertere a fonte, maxime in hoc uno saltim speciali casu, quando aliqui riui intumescunt propter exorbitãtias aquarum, quare retrocedunt in fontem: ita ꝙ sicut riui prius habebant aquas a fonte mox propter niuiũ liquefactionem uel alia ex causa, riui modo conuerso replent fontem. Et qui uult extenuare fontem ne intumescat, oportet prohibere relapsum riuorum in fontem, eo tali casu: sicut

uidimus his diebus circa padum, de quo nimiam habemus experientiam, quum quandoq; omnia nostra obruat predia, ideo minor illa est falsa, q in apostemate epatis non sit phlobotomandum a principio ab opposito: & prohibere ne riui regurgitent in fontem & uenule in magnam uenam, ut accidit uel ratione doloris ac caloris resoluētis ac circa locum inaniētis, quare fit uacuum, & ratione uacui fit attractio, quare natura uniuersalis infert uiolentiam nature particulari, ut saluet naturam uniuersalem, que intendit prohibere uacuum in uniuersa natura: ideo graue pro isto ascendit, & fluens deorsum retrocedit sursum, & sic uenule retrocedunt in magnam uenam & fontem, ratione nature intendentis prohibere uacuum, ulterius etiam ex alia causa uenule retrocedunt in magnam uenam, non tm̃ ratione prohibitionis uacui, sed ratione nature intendentis alicui succurrere membro, & sic eo casu facit relapsus & retrocessus in consueto cursu. Ideo Auerrois profondi iudicii ac optimi sensus. d. q imo in apostemate epatis oportet diuertere. Miror aūt non parų de Auicēna qui capitulo de apostemate epatis suadet copiosam phlobotomiam, & non. d. a quo latere. Et hoc forte q auctoritas antiquoų, & ratio inuicem pugnabant in ipsius mente, uel se remittit ad canones uniuersales, quibus nō contradicit, ut facit Galenus certe auctoritas magnoų multam prebet materiam erroribus, ideo pdiligentissimus fuit Arist. in unaquaq; re auctoritates antiquoų amouere, maxime in his in quibus a

uero deuiabant. Et ista est causa que me mouit ad huiusmodi negocium, q͞m auctoritas istius clarissimi est merito magna multum mouēs hominū mētes, cum tamen ni fallor per maximus hic est error. Ergo uisis rationibus uanis ac uoluntariis medicoꝝ. Dico ꝙ est falsa ista minor quo stante ratio prima contra nos nulla est. Et possumus reflectere eam cōtra aduersarium: ex quo minorem probaui, & maiorē concedit, ergo cōclusio est uera & concedenda, q͞m in bona consequentia, si antecedens est ueꝝ & concessum, ergo & cōsequens. Si igitur operādum ita est in pleuresi sicut in apostemate epatis, & iā ꝓbaui ꝙ in apostemate epatis in principio est phlobotomandum ab opposito, ergo similiter est fiendum in pleuresi.

¶ Ad secūdum argumētum principale, quod.d. ꝙ existente fluxa materia ꝼm oēs phlobotomandum est ab eodē latere, sed ita est in principio pleuresis ꝼm Gal. ꝙ tota materia est fluxa uel quasi tota, ergo &c. Respondetur ꝙ minor est falsa, nam in apostemate ꝑ uiā defluxus, hoc non pōt dici, ꝙ sit in principio fluxa, cū moueantur aliunde materie ut faciant apostema. Motus enim ut supra dixi fit de opposito in oppositū & successiue fit, nō in instāti, ꝓpter notabile tempus & cōis scola.d. ꝙ materie currūt usq͂ ad quartam, ad plus usq͂ ad septimā, ideo uidemus dolorē a principio apostematis debilē, spacium doloris modicū, grauitatē paruam: deinde ex aduentu materieꝝ dolor fit intēsior, locus fit maior, grauitas quoq͂ augetur. Ergo non uerū est, ꝙ a

principio tota materia fluxa sit,& congregata in loco apostematis anteq̄ faciat dolorē. Et si Gal. hoc uult nimis rudis est, dicere ꝙ materie prius aduenirent & circūstarent tote uel quasi tote, anteq̄ causarent dolorē, esset enim hoc suspendere actiones naturales per tempus: item esset tollere distintionem tēpoꝝ morboꝝ, & esset negare cōmune dictum auctoꝝ, materias.s. currere usq; ad quartā. Preterea quid diceret, quando ex birsen fit sirsen, nā faciendo sirsen, nō pōt dicere ꝙ materia prius foret ꝯgregata in capite, si prius causabat birsen, & sic foret i pectore, quare hoc dicere est fatuitas. Preterea non haberetur intentum, qm̄ esto ꝙ materia esset cōgregata sufficiens facere apostema, sunt & alię in corpore repleto, que ui doloris stante tēpore idoneo ad motum que mouerētur, & traherentur: oportet prius eas diuertere, ut patet in sexta cōclusione. Similiter in apostemate p uiam Paulatinę congestionis, materia non est a principio tota congregata, sed paulatine generatur p minima, licet quodlibet minimū in instanti fiat: ꝙ si Gal. d. materias primo congregari circa locum forte intelligit ꝙ materie anteq̄ imbibātur in mēbro prius recipiantur in uenis circūstantibus, nam trāsiens prius transit in medium q̄ in extremum, sed non potest intelligere ꝙ tota materia factura apostema, sit prius congregata anteq̄ faciat dolorem, ita ꝙ portiones materie se inuicem intelligant, & se inuicem expectent. Nisi dicat Gal. illud quod dicit in. xi. de iuuamētis mēbroꝝ de causis status pilloꝝ supercilioꝝ & palpe

braꝝ,quare.s. sic remanēt in eo breui statu,nec prolon gātur,sicut capilli capitis.Et respondens Gal.d. creator qui exaltetur precepit pilis ut maneāt in statu nec ellongētur tempore aliquo.Quod dictū rabi Moyses, in.25.particula optime deridet,dicens ꝙ pili steterunt non preuaricātes mandatum domini forte uel timore domini, uel amicitia, uel reuerentia. Aut quia ipsi pili sciunt ꝙ status huiusmodi non elongationis est eis res utilis digna & pulcra i operationibus suis. Et iure meri to Raby moy.deridet Gal. qm̄ ut ipse.d.Ga.existima uit se maximum philosophum,cū tamen esset paruus, & nō remāsit in illo statu, sed ex dulcedine saporis quē saporauit ex quibusdā iuuamētis membroꝝ ab ipso in uētis inuoluit se ad prophetiam dicens,uenit ad me nū cius dei,qui docuit me sic,& ꝑcepit mihi sic. Deinde di cit Rab.Moy.utinā.Gal.fuisset contentus isto gradu ꝙ tenuisset se i numero philosophoꝝ,sed nō fecit hoc, imo insipientia sua ꝑduxit animam suā ad illud quod mensurauit corpus suum,cū corpore Moy.attribuens Moy.insipiētiam & corpori suo cōplementum.Qui bus non paꝝ iratus Rab. Moy.obloquitur de Gal. di cens,ꝙ uult ostendere ꝙ insipiētia quā Gal.attribuit Moy. erat attribuenda ipsi Gal.si ergo Gale.uoluit se facere magnum phylosophum, cum non esset, ac pro phetā facere,ac deniq; corpus eius corpori Moy. equi perare, ac peius Moysen arguere de insipientia, iusta utiq; erat odii ranchorisq; causa ipsius Rab.Moy. cō tra Gal.Si ergo Gal.diceret portiones omnes materie

Tuitauit

prius se congregare, anteq̃ agant, doloremq; inducant esset consimile, cum causa breuitatis pillorꝫ assignata, per Galenum quod deridendum est.
¶ Ad tertium cum.d.ꝙ medicus imitatur naturã, sed natura nũq̃ euacuat ꝑ oppositum, ergo &c. Ista ratio est falsa ꝑ utraq; premissa, maior enim est falsa simpliciter accepta, nam non uerꝫ semper est, ꝙ medicus imitetur naturã, sicut nec semper est adiutor: puta quãdo errat, ut cũ facit apostemata. Melius esset uel ꝙ resolueret materias nociuas, uel transmitteret ꝑ uias deputatas, & non trãsmittere ad carnem uel paniculos, apostemata inducendo. Medicus ergo solũ debet imitari naturã non peccãtem. Sed peccãtem, ut contingit, debet corrigere: seq; ei opponere, & ista patent ex primo secũdo, tertio supposito. Minor est ẽt falsa, quia natura frequenter euacuat ꝑ uniuersum, ut cũ sudore, ergo potest euacuare ꝑ partẽ uniuersi, licet oppositã. Preterea hoc anno in emotoica muliere, quãdoq; exibat sanguis per uenas pulmonis: & in eodem tẽpore quãdoq; per nares, quãdoq; ꝑ hemorroidas anitergo manifeste ꝑ opposita, q̃re ut ista ratio nulla est, que ratio tñ multum faticauit excellentissimum Montagnanã.
¶ Ad quartã rationem Doct. cla. que est, ꝙ non opus est a principio facere phlobotomiã oppositam, quia si fit a principio talis phlobotomia, ideo fit, quia diuertit, sed falsum est, ꝙ plus diuertat quã faciat phlobotomia eiusdem lateris: ergo &c. Maior nota, minorẽ probat sensu. Supponendo ꝙ detur fons &c. Respondet

& dico ꝙ argumentum ꝓcedit ex mala intelligentia: cui debeatur diuersio, & in quo loco a principio contineatur materia diuertẽda, presupponit enim ꝙ in principio materia sit in termino ad quẽ & ꝙ ei debeatur diuersio: ideo falso accipit ꝙ sit nostra intentio euacuãdi a principio latus dolens. Et esto ꝙ foret primũ in intẽtionẽ, est tñ ultimum in exequtione: ut Arist. ii. phy. lxxxix. & vii. meth. ꝯmẽt. xxiii. & iii. de aĩa. xlix. & ii. ethi. Ex hoc enim ꝙ hoc primo intẽditur, non sequit᷑ ꝙ ab isto incipiamus operari, sed ꝙ ultimo & iã difuse dictum est in quarta cõclusione, ꝙ uero dicat si sit fons magnus. Dico ꝙ quãdo fons est plenus ac intumescendo ad magnã elleuatur altitudinẽ. Dico ꝙ non possumus retrahere riuum in fontẽ, qm̃ altitudo fontis ꝓhibet retrocessum, cũ non detur corpoꝝ inuicẽ penetratio, maxime cũ fons sit altior riuo: qui fons influit in riuũ, non igitur põt retrahi in fontẽ, sed ecõtra. Neq̃ ꝑ effossionẽ circa illum riuũ tolliter exuberãtia, imo cõtinue maior & maior fit aquaꝝ prouocatio circa riuũ, qui continue influitur a fonte: ut sciunt experti in ductibus aquaꝝ: imo hi periti cũ aliquem agrũ ab aquis absoluere cupiunt nouũ canalẽ oppositum effodiunt, quod quidem si ĩ fonte uel canali nõ sit multa aqua ad multã ducunt distantiã, quia modica distãtia est capax & sufficit recipere aquã fontis ut detumescat: quo casu facta detumitione fontis, riui qui replebantur a fonte post in fontẽ retrocedere, poterunt: ac cũ fonte detumescere, sicut ex aduerso effodiendo uersus riuũ trahi-

tur fons & riui distãtes in talem riuũ quem uolebamus inanire & uolentes inanire magis replemus: ꝗ si aqua in fonte sit multa, oportet lõgius ꝑtrahere talẽ nouũ canalẽ oppositum, quia breuis canalis non esset capax nec sufficeret recipere quod multũ est, & quãta est multitudo tanto debet esse prolongatio maior, & sic canalis deprimetur, & mox riuum quẽ intendimus remouere diminuemus, ipso retrocedẽte in fontem, qui utiq; iã depresso fonte poterit retrocedere ubi prius non potuisset, ꝓpter altitudinẽ ꝑexistẽtem in fonte, oportet ergo uolẽs illum primũ remouere ab ipso fonte influẽte aquã minuere, qua diminuta aqua in riuis nõ abondabit, & in fontem retrocedere ualebit, & qui aliter putant, eis deficit uirtus experimentalis sensumq; negãt, & sic sensu non uigent. Et ex isto discursu apparet causa, cur Auic. incipit a saphena opposita in lõgitudine: & Mes. ab opposita ſm utrãq; diametꝝ apud multissimam materiã: omnes igitur sapientes primo intendũt trahere a fonte & ipsum minuere, ultimo a riuo. Miror aũt de his qui educunt primo a riuo: quẽ uolunt extenuare & faciũt fontem ipsum & riuos oppositos currere in riuum, quare illũ magis augent, nisi ad hunc ꝑueniant terminũ, ꝗ totum fontẽ cum riuo hauriãt, ideo multas libras sanguis a principio educunt, ubi nos cũ unciabus. x. ad plus cum libra una, pluribus interpositis uicibus, ne tereatur natura, si tm̃ una uice extraheretur multos & fere omnes, sine periculo saluamus, ubi aduersarii impie ꝓcedendo hauriũt fondamentũ natiui caloris

ui caloris

ui caloris q̄ð est sanguis maxime qui est in corde uti in ppriis laribus, ibiq; ut in arce tuetur, ut tertio de partibus ani. cap. vii. Quare non est dicendū ꝙ tantā sanguis quātitatem hauriēdo, interimant. Nā secundo de partibus, cap. v. Inopia sanguis interitus est: quare isti syntomatici uere nature humane debellatores existūt.

¶ Ad quintā rationem Doct. cla. quādo aliqua mateteria fluit p aliquod latus ut faciat apostema, magis cōuenit phlobotomia eiusdē lateris q̄ oppositi, sed materia ut plurimum fluit p id latus, ergo &c. Ista ratio habet omnes deffectus: primo petit principiū assumēdo quod debet pbare: secondo minor est falsa, ut patet in quarta cōclusione. Preterea sibi cōtradicit. Nā hic. d. ꝙ materia fluit p id latus, aliter sequerentur ꝙ debilia transmitterent ad fortia, quia uene capillares primo mitterent ad chilim q̄ est fortis, & sic capillares debiles transmitterēt ad fortē: sed est imemor, quia hoc est pariter contra ipsum, quia in ratione quarta. d. ꝙ inaniēdo idem latus retrocedet materia q̄ erat in riuis. s. uenis capillaribus ad fontē. s. chilim: ergo uult ꝙ riuus. i. uena capillaris trāsmittat ad maiores, & maiores ad chilim, & tunc debile trāsmitteret ad forte. Preterea in resposione ad tertiū argumētum contra ipsum, in quo dicebatur ꝙ diuersio cōuenit in principio apostematū & diuersio fit ad partes remotas. Respondēdo dicit ipse ꝙ utiq; diuersio debet fieri, sed non debet fieri cum phlobotomia, sed cū aliis instrumētis diuertētibus, dimissa phlobotomia causam aūt adducit, cur cum phlo

botomia non possumus diuertere, &c.d. ꝙ est, quia nescimus per quod latus fluat materia, an per idem, an ꝑ oppositum, modo.d. ꝙ per idem, ergo sibi contradicit & omnia ista ut patet sunt uanissima.

❡ Ad sextam rationem Doct. cla. ꝙ ſm Gal. in apostematibus epatis & stomaci & capitis, oportet phlobotomare ab eodē latere, ergo &c. Ista ratio est uti prima ratio nisi ꝙ addit stomaci & capitis, quare respondeatur, ut ibi dictum est.

❡ Ad septimā rationem Doct. cla. undecūq; natura repit &c. Ista est conformis rationi tertie, nā habet ꝑ ci se eandem uim. Ideo respondetur ut ibi, ꝙ medicus nō debet tendere quo natura tendit, nisi bene tendat, & ꝑ conueniētem regionem, & regulariter agat, quia si agit syntomatice ante digestionē, non obseruādo nec tempus, nec locū debitum. Dico ꝙ non debet medicus tendere, tunc ubi natura tēdit, imo eā corrigere, se opponere, & eam diuertere & non eā imitari, ut patet in tertio supposito: qui ergo imitātur naturā syntomatice operantem merito syntomatici appellantur.

❡ Ad ultimā rationem Doct. cla. ꝙ nature intentio sit plus euacuare a mēbro leso q̄ ab aliis. Dico ꝙ deus scit que sit intentio nature, cū non sit agens a proposito, & esto ꝙ sit aliqua eius intentio nō est intentio pro tunc, nā primum in intētionē est ultimū in exequtione & si Gal. aliter. d. Dico ꝙ fuit illius opinionis, quā non tenemus, uti irrationalē & sibi cōtradicentem. Ex his patet ꝙ iste rationes sunt sophistice. Vt.d. Auenzoar

uná uná
& omnes ꝓcedunt p ~~uiam~~ Gale. uel per ~~uiã~~ que patet, uel econtra. Et ista est euidentia eaꝝ. Epilongando ergo circa dicta, cum rationes sophysticae sint & solute: ergo ista opinio non habet rationes, & cum auctoritas Gale. sit destructa, per Galenum & per alios auctores, & per rationes efficaces: ergo non minus est sine auctoritatibus, & sic mala falsaq; est opinio.

¶ Capi. secũdum. In quo respõdetur argumentis ante oppositum.

SVperest etiã respondere argumẽtis que sunt ante oppositũ. Ad primũ quod nostrũ erat, cũ dicebat ꝙ illa phlobotomia fienda est primo que magis succurrit dolori, sed huiusmodi est illa que est eiusdem lateris, ergo &c. Respõdetur negando minorẽ, nã imo opposita phlobotomia est illa q̃ directe obuiat dolori obuiando eius cause, ut patet in quarta ꝯclusione, ꝙ si nõ obuiat, est propter rebellionẽ materie q̃ est uel ꝓpter multitudinem uel eius maliciã, minus aũt iuuasset phlobotomia eiusdẽ lateris, quia eo casu interfecisset, nisi miraculum inter ~~im~~positum fuisset, nec ꝓbationes aliquid ualent: cũ imo experientia est in cõtrarium, nã sepissime sole phlobotomie opposite sanant. Et q̃tum sit ad id ꝙ phlobotomia diuersiua presupponat doloris mitigationem. Dico ꝙ hoc est cõmune omnibus phlobotomiis tam in eodem q̃ in opposito latere factis: ideo Hypp. ii. reg. primo mirtigat dolorẽ, ut patet ad ultimã ꝓbationem. Dico negando ꝙ phlobotomia eiusdẽ lateris extraheret illas tres uncias actu faciẽtes do-

lorem, & esto ꝙ illas extraheret pro tunc, per parum post tempus libras attraheret, quare ratio est falsa.

¶ Ad secũdum de Hypp. iã responsum ẽ in fine. 4. & 7. ꝯclusionis. s. ꝙ instrumentum diuersiuũ apud Hyp. non erat bene cognitum, nisi eo modo quo dictum est ibi. Et in ueritate mihi nõ placet responsio cõiter data, que. d. ꝙ Hyp. presupponit phlobotomiam diuersiuã fuisse factam, hoc nõ est rationabile, cũ exprimat remedia ignobilia & dimittat ea que sunt tanti ponderis ac sublimis iuuamenti, si illa intẽdisset remedia.

¶ Ad tertium de Galeno, decimo tertio de ingenio. Do. tertia. cap. v. & in lib. de phlobotomia. Do. secunda, cap. ii. Iam responsum est satis in respõsione ad primũ argumẽtum Doct. cla. uideatis ibi, ubi apparet ꝙ Gal. fuit illius opinionis & male sibi ꝯtradicendo. Ad confirmationem quãdo dicitur ꝙ Hyp. non fecit nisi phlobotomiã eiusdẽ lateris in anxio pleuretico. Dico ꝙ quia Hyp. omisit phlobotomiã diuersiuam, ideo tã cito eum liberauit, sicut nos curamus in. 7. diebus uel 11. uel. 14. ipse curauit in. 34. diebus, quare uel est modus pericolosus de uita uel de longitudine &c.

¶ Sectio quinta, cap. 1. in quo cõparanť opiniones.

Omnibus iã discussis opinionibus suisq; rationibus, par nũc est, ut eas inuicẽ cõparemus. Quatuor &. n. recitate fuere opiniones. Prima est Gal. ꝙ a principio corpore repleto fiẽda ẽ phlobotomia ab eo dẽ latere. Hec opio est mala: primo quia ut uidimus nõ habet ꝑ se nisi rõnes falsas: secũdo nõ habet ꝑ se au-

ctoritates,cũ uniuersa scola medicorꝫ sit cõtra opionẽ istã,Gal.dũtaxat excepto. Qui Gal. in hoc non est au diẽdus pp causam dictã.Preterea si ista opio uult salua re egros phlobotomãdo a principio,uel hoc facit cum modica uel cũ multa phlobotomia,ac sup̃flua.i.multa rũ lib.Nõ cũ modica aut mediocri phlobotomia põt fieri,ubi p̃supponatur in ambitu multa materia , nã si educit una uncia,tres ad locũ attrahũtur & sic peribit eger p̃magnitudine apostematis ac doloris. si uero fiat multa,ut faciũt syntomatici extrahẽdo sanguinẽ,non solũ a uenis paruis,sed magnis & a corde, ita agẽdo du cũt ad interitũ, nã ut supra dictũ est, de itẽtione Arist. Interitus inopia q̃dam sanguis est, ꝙ si non pereunt, est deum optimum tentare de miraculis.

¶ Secũda opio,licet sit sine rõne,& sine auctoritati bus,minus tñ mala est q̃ prima:nam si in prima die cõ mittit errorẽ attrahendo materias ad locũ cũ phlobo tomia eiusdem lateris:in secũda die post phlobotomã do ab opposito corrigit se & sanguinẽ indebite attra ctum ui phlobotomie distrahit,ac remouet. Et possu mus dicere de ista opinione,quod dicitur de peccanti bus,ꝙ melius est ipsos penitere tandem,q̃ numq̃.

¶ Tertia opio,que.d.ꝙ fiẽda est phlobotomia a basi lica opposita:oĩbus his prioribus melior existit:cũ rõ nes ꝑ se regulasq; uniuersales,& canones teneat : ut ui dimus in quarta ꝯclusione:totq; ac tãti illustres aucto res sibi faueãt,ut Auẽzo.Azarauius Ras.Serap. Auer rois,Aliab.& addamus Hyp.iure merito qui in princi

pio uel nō phlobotomasset pp iniuriā tēpoꝝ suoꝝ, uel si phlobotomasset fecisset ut sue dicūt regule uniuersales in libro de humana natura.s.diuertere ad loca distātia nullo pacto ad eādem traxisset partē, sed addamus & Gal.qm̄ licet incōstans in hac fuerit re, qñq; tñ illuminatus, forte a dei nuncio. Vt.d.Rab.moy.postq̄.s. pphetie essentiā accepit, dixit ꝙ est phlobotomandū ab opposito ne trahatur materia ad locum, hoc utiq; uerbū est angelicum & uiri hñtis spūm ppheticum. Nō illud uero cū dicit ꝙ ab eodē a principio fienda sit latere phlobotomia: tale.n. est pniciosum ac demoniacū. Sunt & ceteri pleriq; oēs q arte & sapiētia uigēt. Verum est ꝙ hec opio, nō usq;quaq; exacta pfectaq; est: sed aliqd mali est in se cōtinens. Nā apud multā materiā phlobotomia brachii oppositi nos non securat ne remaneat apostematum utrūq; latus ut uisum est i opinione Montagnane, tum per eius experientiam, tum per meam uisam de anno. 1505. in pistrice. Minus securaret in multissima materia in qua Mes. phlobotomabat ad duas diametros. Est quoq; insufficiens, qm̄ nos non securat a birsen transituro in sirsen, ut phlobotomie saphenarum faciunt.

¶ Restat igit̄ ut sancta optimaq; sit opinio gloriosi Auic.q̄ saluberrima ē omniq; tutella habūdans, q̄ principiis philosophie ac medicine quadrat: sūmeq; consonat. Ideo uerissima putāda ē, ueritati & enim ipsi, omnia cōsonant, sicut falso cito dissonāt: ut primo Ethi. cap.x.dixit philosophoꝝ primus Arist. Merito igit̄ trā

fferre possumus carmen illud diui imperatoris octauiani Augusti quo diuinũ poetã nostrũ Virgiliũ decorauit ad tantũ illustrẽ pclarũq; uirũ principẽ Auic. cũ dicit. In populo diui sub numine nomen. Laudet' uigeat placeat relegatur ametur. Sitq; eius gloria in imensũ ppetua. Prauior uero oibus est opio galien istaꝝ, q̃ cum simpliciter mala sit, nihil ẽ boni ꝯtinẽs, magis a uero dissonãs: ideo repellẽda a puinciis regnis ciuitatibus: implorandeq; sunt uniuerse potestates: ut eam uti mortiferã anatematizent atq; ab orbe exulare faciant: ut genus humanum a tanto euadat periculo.

ℭ Sectio sexta, cap. I. in quo proponitur modus pleuresis.

Conueniens modo est: ut q̃ a principio rei pmisimus attẽdamus modũ. s. illũ ac genus illud pleuresis nostris his tẽporibus frequenter contingens adducere. Accidit &c. n. quãdoq; hominibus pleuresis, que cũ tribus primis diebus cũ sũmo dolore accriter infestet, spũsq; aduenĩat angustia, siue anhelitus difficultas: cũ molestissima tussi, qñq; sanguis exercatu cõcomitãte. Aduenĩẽte uero q̃rta abscinditur dolor, remouet' tussis: & deletur penitus anhelitus. Cõstrictio septima tñ, aut undecima. Si tñ supuixerit eger sponte oĩa q̃ aderãt syntomata cateruatim accedũt, ac renouant' : imo si forte casu error in ipsius uite regimine contingat: ut merum hauriendo, statim nulla interposita mora dolor ceteraq; insurgunt syntomata.

¶ Cap.2.in quo ponit᷑ expositio Expositoꝶ.

AD hoc uniuersa expositoꝶ scola.d.ꝙ uerba Aui cēne q̄ dicūt.Cū dolor non cōtinuat uel est quia materia est pauca ualde,nō sufficiens ꝯtinuare dolorē uel ꝑ fraudolētiā:dicens ꝙ huiusmodi fraudolētia est quia mala humoris tēperatura,malo mistionis gradu, cōplexioni faciēti ꝓ sensu tactus cōtrariat᷑.Itaq̧ sensum corrūpit qui sensus in primis tribus diebus nō potuit dextrui:qm̄ hoc fit mediante alteratione. Alteratio aūt motus est, qui cum in instanti non fiat : igitur indiget certa temporis mensura : puta trium dieꝶ,qua impressione facta:nō amplius dolor sentitur,& sic credunt expositores hanc absoluere rem.

¶ Cap.3.in quo impugnatur Expositoꝶ dictum.

SEd pace tātoꝶ illustrium doctoꝶ ista solutio est minus q̄ recta:& nō digna doctoribus:qui mente ualuerint. Qui & enim plurimū dolorē non sentiunt his mens egrotat,modo si prauitas humoris potuit ꝓportionem particule faciētem pro sensu corrumpere,qūo ergo in septima iā dextructa proportione illa,dolor iterum sentitur. Similiter assumpto mero quacūq̧ hora sentitur dolor,uel ergo non uerum est,ꝙ fuerit dextructa ꝓportio faciens ꝓ sensu ut dicunt,uel si dextructa est,igitur non sentiens sentit,quod est in fine absurditatis.Preterea si isti euadunt cum hac causa de dolore, quid dicent de difficultate anhelitus,nā stante corpulētia apostematis i pectore,q̄ est adequata causa difficultatis anhelitus,necessario stabit & difficultas, nā effectus

ctus nō pōt p ullā naturalē potētiam separari a sua ade quata causa, igitur & si iste pleureticus nō sentit dolorē debet tñ habere difficultatē anhelitus: ut patet, quare igitur oportet ad hoc quesitum aliter respondere.

Cap. 4. in quo aducūtur uere cause.

DIcamus igitur saluo meliori iudicio ꝙ utiqꝫ causa est quare iste pleureticus nō sentit dolorē nec difficultatē anhelitus, uel est ob modicā ꝑexistētem materiam uel ob iuectā fraudolētiam: sed fraudolētia hoc non operatur, ut dicunt, ꝙ sensum dextruat, sicut nec bubones pestiferi sensum nō dextruūt, sed hoc tm̄ operatur, ꝙ mire naturā stimulāt, ut faciūt materie furiose, q̄re natura omni conatu se opponit & ab illo eā remouet loco, ac eā alio diuertit, retrocessumqꝫ facit materia ad uenas, ideo in talibus urine apparent turbide, ex conuersione materieqꝫ ad eparitē ex cōuersione alterius partis ad cutim apparet, ut. d. Aui. cap. illo. Terga eoꝝ ueluti flagellati & uerberati, quo stante nō miꝝ si dolor, difficultasqꝫ anhelitus, cessare uideāt, & eo tūc tēpore, tale pleureticus nō potest dici actu pleureticus, sed s̄m aptitudinem tm̄: ꝙ si natura adueniente septima pugnam aggrediatur cōtra materiam continget eā transmittere ad locū priorē uti susceptibiliorē ꝑdebilitatum, quare materia sic ad talē expulsa locum, iterum dolorem excitabit, sui qualitate, & sui quantitate mēbrum extendet in cupūqꝫ elleuabit, quare constrictionem anhelitus causabit: qui dolor renouari non potuisset: si sensus predestructus fuisset, ut dicebatur. Simili-

ter uino exhibito quacũq; hora irritatur natura ad pugnã noua inducta ebullitione, quare natura ob id nouam facit ad locum priorem expulsionem, & ista solutio est ex nostra officina: que si florentibus ingeniis satisfaciet deo optimo bonorũ omnium auctori imortales refferrant gratias, sin aũt expositorũ opinionem accipiant, non postponentes tñ nostras iam tactas obiectiones prius absoluere, aut meliorem inueniant: & ista pro nunc dicta sint, quousq; nobis meliora nobis apparuerint: que nobis misericors deus ex imensa sui potestate tribuere uellit: cuius sit laus & gloria in eternũ.

FINIS.

REGISTRVM.

a b c d e f g h i k l m n

Omnes sunt duerni preter n qui est ternus.

¶ Impressum Venetiis per Bernardinum Benalium. Anno dñi. M.D.XXXII.